



















HORA

PETRI

Pontani Ceci Brugensis Ars Versificatoria simul & accẽtuaria Octo partialibus succincte direpta libris ad studiosam Palemonij laboris iuuentam editione secunda, ab eodem nuper recognita.



¶ Parisijs apud ambrosiũ girault.
1529.








¶ Petrus Pontanus Cæcus Brugensis studiosę Palemonij laboris Iuuentuti.





Irari ac sciscitari iam studiosa Iuuentus audio: quidam a triuiali scribentium cõsuetudine nos depulerit. Alij siquidem ferme quotquot videre est sibi ex magnatib⁹ quēpiã oportune seligunt, cuius nomini ac magnificētię, quas excuderint operas grauiter dedicent. Tum quia magni atq; opulenti viri appellatione sua monumenta felicius arbitrantur illustrari. Tum quia ex illorum ad quos scribunt gratuita dapsilitate haud parum indipiscuntur emolumēti. Ipse vero tanq̃ ad parietes aut vita functos verba faciens: ignotis, inauditisq; tam confusim tamq; promiscue scribã: vt quibus omniũ potissime sermociner funditus ignoretur. Ergo ne teneã vanis ambagibus aures. Si vacat & placidi rationē admittis edam. In primis Cētones farcire nescio: proinde mollium auricularum pruriginem parasitica verborũ adulatione scurriliter titilare floccipendo. Nihil quippe est, quod honestissimum quemq; animum scurrili assentatione magis dedeceat. Ea tamen sola est quæ regibus alijsq; magnatibus, ac opulentis placere comperitur. Vnde fit vt nullum prorsus mecenatem laboris habeam, præter solum in quo tota spes mea recumbit, IESVM CHRISTVM, quod neq; segniciei, neque ignauiæ, mihi iure ascribendũ puto. Tot enim & tantis laboribus implicor, vt iam vicesimũ vel eo circiter annũ parisijs communi Lyceo profitear: & ita certe profitear: vt sex mihi horas quotidiana lectio suffuretur: tã grauisq; tristem perturbantibus animũ curis. Iam tricesimum qualiscunque sit codicē in propatulum lucem eq; dilaxauerim. Verumtamen Non nobis domine Iesu Christe, nõ nobis sed nomini tuo da gloriam. Cui & me totum & mea omnia penitus trado, atq; deuoueo. Qui igitur fit vt inter tantos tam longi temporis labores. Nullum neq; augustum: neque Cassium vllum adeptus fuerim, cum tot crescatis heroibus, heroidibusq; galliavbiq; redundet in promptu nimirum ratio est: veritatem vbi: genitum occulere nequeo, virtutes magnifico, vitia reprimo, voluptatib⁹ bellum aperio, religionem commendo, & id genus alia quæ mollibus auriculis displicere solent, nemini adulor, assentor nemini verum præpono vtilitati obscœna libidinosaq; non scribo, honestatis probitatisque amator, vana & perniciosa prorsus despicio atq; aspernor. Nil igitur honesta iuuentus admiseris si magnatibus habeor cõtemptui quibus hęc omnia quæ dixi tanq̃ aspidis venena sunt odio, cum em̃ mundi voluptatisq; sint assertores. Nil nisi mũdana & ea penitus infamia, diligere, amare colere possunt, sed de his hactenus satis supereq; dictum. Restat vt opusculi



institutum aperte dilucidemus, si modo hoc vnum fuerit adiectum. Plærique etenim pensiculantes perperam mussitabunt: si quid eximie dilucubrares energiæ, quod in codice decenter adornato cuiquam dedicares: & offerres procerum, forsitan tuæ adminicularetur ægestati. sed forsitã (quod dubitatiuum est) recte aiunt. Tali siquidem iam plus tricies falsus cõsilio, oleum, atque operam omnem, misere perdidi. Quoniam (vt opuscula mea testificari possunt) monachorũ pastoribus prothographiariis cancellariis, episcopis, principibus, satrapis, & regibus, sæpicule scripsi, quibus & comparatos grandi precio codices, supplex humique stratus obtuli quos illi susceperunt quidem, verum nihil preter verba vnq̃ mihi reddiderunt. Pape, deus vtinam bis centum aut etiam plureis nummorũ libras meæ restituissent inopiæ, quas pro phalerandis, redimiendisque illorum gratia codicibus imprudens stolidusque nimis dilapidaui mihi, profecto & penetrali, ac liberis meis haud immodice posset opitulari, quod nisi mature illi exanclare curabunt: nihil ego ipsis mihi vero plurimum ipsi denuntientur in sempiternum. Dare etenim tantum generositatis est, accipere vero pusilli & vilia est animi, nisi forte dando accipiẽdoque mutua beniuolentia decor & amor personarum conseruetur. Verũ hæc missa faciamus, quoniam id non tam procerum vel auaricia vel incuria q̃ summi opificis elementi prouidentia mihi obtingere fideliter arbitror, qui suos famulos vitiorum irritamentis cuiusmodi sunt diuitiæ & honores non vult implicari: sed ipsius qui honestam pauperiem dilexit commendauit, custodiuit. Vestigia quoadfieri potest eminus consectari. Nunc autem ad rem vbi hanc meam artem versificatoriam honesti iuuenes in lucem emissam cõtuebimini, repetitam vobis crambem forsan clamabitis (neque iniuria quidam) vt pote qui iam tot eiusce rei exanclatores habeatis vt iam voluminibus ipsis neque bibliothecæ neque diatribes vestræ sufficiant. Hæc vna sane ratio est, quæ animum mihi perpulit: studiosis adulescentulorum ingeniolis aliquando mederer. Tantam enim tamque perplexam hac in disciplina confusionem audio, vt quisquis eam ingressus fuerit, Laberynthæis ambaginibus, gordianeisque nexibus, intricatiores circunquaque loco offendat: alii quippe dum extremę breuitati student obscuri fiunt, plurimaque silentio pretetire coguntur, alii vero prolixe satis agũt: sed vt insulsi sunt & barbari, ita multa falsa & inepta, pauca vero bona & vera tradunt. Denique alii tanto inanis gloriæ studio, tantaque carpendi cupiditate efferuntur & ardent, vt crisipea raptis hinc inde friuolis volumina sua refartiant, quibus doctissimum quemque erroris insimulare posse videantur: sed vt fieri solet me hercule Persianum illud iure optimo personent. Cedimus inque vicem prebemus crura sagittis. Quanquidem dum maurutiis cymeria caligine obductionibus glosseumaculis legentium ingenia cõfunduut, vbi vocula vel minimis aperta tyronculis incidit, huc manus huc oculos, huc mentem omnem adigunt, quam viginti (aut etiam pluscculis) grauissimorum authorum dictis studiose fulciunt. quoque suis octutibus sese non intulit (& si per pauca viderunt) dampnant, dicique non debere nequiter asseuerant.

¶ At vero vbi dedalium & phœbo iudice dignum quippiã venit enucleandum aut ignaui obmutescunt, aut temerarij hallucinantur, aut exiguos versiculorum tybicines suæ præfigunt inertię. Quę omnia mediusfidius manifesta ingeniorum corruptiua sunt. Ipse autem istorum imitator neminem: sed vt mei semper fuit moris honesta mediocritate delectatus nulli genuinum infringo: Breue carmen, licet rude, & commentarios, si non phaleratos & elegantes, succinctos tamen & perq̃ lucidos adulescentulorum commoditati propono.

¶ Vos igitur iuuenes per dulcis nomen Iesu,

Obsecro suaue meum si quid vobis fuit vnquam

Pro mercede omni, pro solitudine tota

Dicite suppliciter (versis ad sydera fibris)

Aeternam requiem Cæco post funera diui

Præstate: vt summo mens candida viuat olympo.

¶ Valete in eo, in quo est vita, salus, resurrectio nostra.

¶ Parrhisijs Anno Dñi Millesimo quingentesimo vicesimo pridie kalẽdas Augusti.

Τέλος.

PETRI PONTANI

Cæci Brugensis in Artem Versificatoriam Prælibatio.



Vo statuẽda modo quis est syllaba: & ipsas
Condendi leges numeri, accentusq; docebo.

¶ Tres in partes veluti tres cuneos sibi socialiter inuicem adminiculantes opusculum hæc prima fronte secerni declaratur. ¶ Prima siquidẽ syllabarum omnium quantitatem q̃ fieri potest breuissime dilucidat. ¶ Secunda autẽ q̃ interiectum iri visum est operępręcium certissimas conficiendis quorũcunq; generum carminibus regulas: veneres, & energias succincte explicat. ¶ Tertia vero singularum accentus vocum perq̃ lucidis præceptionibus enucleat. Non quidem eos quos sacratim ab ignaris & latinę linguę exortibus turpiter egrunniri audias: sed quos ex doctissimorum vsu & traditione virorum nulli non deprehendere licet. Est autem, ne te quid lateat, quantitas quędam certi temporis vnicuiq; syllabę debiti mẽsuratio. Syllaba vero est vnius vel plurium literarum vnico spiritu educta prolatio: vt a, e, i, o, u, ta, te, ti, to, tu. Sed pergamus, quia & hic & alibi breuitati studere certum habeo.

¶ Excusatio.

At quoniam vincta sensi ratione loquendum,
Omnia cui saluo nequeunt succedere versu,
Tantum Zoileos rictus non ipse verebor,
Quin plerunque aliquid complendo carmine mutem.

¶ Licet tam libera q̃ pedestris & cathenata oratio venustatis & efficaciæ plurimum afferat, si quibus debet legibus coherceatur. Peculiare tamen aliquid in se versus habet, quod prosæ non competit. Legentiũ em̃ animos magis allicit atq; delectat. Paucis plurima recẽset, & faciliore cõtinetur memoria: eas ob res metrica ratione procedendum censui. Illos aspernatus, qui de seta suilla contendentes grandia librorum pondera emolliuntur: magis sane, meo iudicio, vt multa q̃ vt bona vtilia scripsisse videantur: sed de hoc satis. ¶ At vero quędam sępicule dictiones enucleandæ occurrunt, quæ nullo pacto heroicum carmen ingredi possunt. In quibus aliquid pro ratione versuum aliquando inuertere non dubitabo, quod & in prima partę aliquoties fecisse memini: aliter em̃ traditio nostra vel imperfecta vel omnino confusa esse cogeretur. Hac igitur synthesi cordolium sibi inuidorum pecus leniat obsecro.

¶ Tempus.

Vnum dat breuians, longans duo tempora præbet.

¶ Breuis syllaba vnū habet tēpus quo profertur: vt deus meus. Lōga vero duo requirit tēpora: vt ęstas, dormis. Est autē tēpus syllabarū illa duratio spirit⁹ qua syllaba sustineri debet. Cū em̄ dico ludite, syllaba lu, quę producitur tm̄ habet durationis quantū di, & te, quę breues sunt.

¶ Prima generalis regula de nomine proprio.

Si non diphthongus, vocalis, vel positura
Impediat, proprium versu mutare licebit.

¶ Propriū nomē præsertim viri & mulieris apud latinos primā habet syllabā ancipitē prout carminis ratio deposcit: vt silenus, sicheus. Verg. in Buco. Silenū pueri somno videre iacentē. Ibidē. Quantū omnis mundus gaudet cātante sileno. Idem. i. æneid. Huic coniux sicheus erat ditissimus agri. Ibidē. Quos inter medius venit furor, ille sicheū &c. Ab hac tamē regula tres sunt limitationes. ¶ Prima est in syllabis diphthongatis, quę semp producūtur: vt augustinus, paulus, eugenius, eustachius, cæsar, æneas &c. ¶ Secunda est in syllabis quę vocalē vocali proxime cohęrentē habēt, qa semp corripiūtur: vt Ioannes, Iacobus per quatuor syllabas. Mant. Catha. 3. Primus Ioannes humeros cui lucida vestis &c. Claud. Ne laceres versus dux Iacobe meos. ¶ Tertia est in syllabis, quæ consonante dupla producuntur: vt andreas, guillermus.

¶ Documentum.

Si mons, vrbs, regio, fluuius, tibi propria donat,
Aut legem, aut doctos vates imitere videto.

¶ Quoties propria nomina montium, vrbium, regionum, aut fluuiorū in quibus nulla trium, quas nuper dixi, limitationū reperitur carmini inferenda veniunt aut certā regulam, aut probatum authorem imitari debes. Non em̄ in his primā producā. Olympus, corynthus, alemannia, padus: nec contra in his corripiā. pelion, roma, Italia, eridanus. de alijs consimiliter est censendum.

¶ Secunda generalis regula. De positione.

Vocalem quæ præfertur, si consona bina
Aut duplex sequitur, positu longare iuberis.

¶ Quoties inter duas vocales duæ diuisę cōsonantes, aut vna dupla collocatur, prior vocalis positione producitur: vt ardescens, insontes, conculcā. expers, gaza, maior. duplę autem cōsonātes sunt tres. x, pro c, & s, vt exors, felix, lex, rex, &c. z, pro geminato ss, vt eleazarus, nezarara, azima, gaza, &c. i, inter duas vocales dictiōis nō cōpositę, vt maius, baiulo, aio, maia, &c. Dico autem non compositæ, quia in dictione composita vim duplicantis amittit. Nā pręcedens vocalis sępius corripitur: vt bijugus, trijugus, quadrijugus, multijugus &c. Reliqua vero quæ de consonantibus dici possunt, habes in principio secundæ partis.

¶ Documentum.

Vocalem quam finis habet, positura sequentis.
Vocis principio: communem sæpe reponit.

¶ Duæ consonantes vel vna dupla in fronte dictionis finalem precedẽtis dictionis vocalem facit esse cõmunẽ quia pro versuum exigentia nũc corripi, nunc produci potest. Hora. 2. sermo. Linquimus insani ridentes premia scribe. Luca. li. 1. Talem phama canit tumidum super equora xerxem. Verg. 3. æneī. Iã medio apparet fluctu nemorosa zacynthos. In his ergo vt vides corripitur. Sed audi: Vbi producitur Iuue. satv. 1. Occulta spolia & plures de pace triumphos. Silius li. 1. Immane stridẽs agitur crebroq; coacta &c. Vergi. Georg. Tribulaq; trahe æq; & iniquo pondere rastri: Vbi tamen censura esse potest de qua statim dicam.

¶ Tertia generalis regula de muta & liquida.

A tergo nudam vocalem quæ breuiatur.
Cum liquida, si muta subit longare valebis.

¶ Vocalis naturaliter breuis quę a tergo nuda manet propter sequẽtes mutam & liquidam in eadem syllaba coniunctas recte produci potest & ita tam in prosa q̃ in versu ancipitem habet quantitatem tam in primis q̃ in medijs syllabis: vt recludo, atlas, volucris, tenebrę. Silius li. 1. Fas aperire mihi supernumq; recludere mẽtes. Vergilius. lib. 2. Georg. Ingredior sanctos ausus recludere fontes. Ouidius. 4. Metha. Tempus athla veniet tua quo spoliabitur arbor ibidem. Id metuens solidis pomaria clauserat athlas. Montibus &c. Idem Meth. 13. Et primo volucris simili mox vera volucris. Mantua. lib. Epygramma. In tenebris pereunt nec adhuc sensere tenebras. Hic duo animaduertes. Alterum ꝙ vocalis lõga propter mutam & liquidam nunq̃ recte breuiatur quisquis enim in matrimoniũ primam, in aratrum secundam, in simulachrum: tertiam corripit, artis ignarum se esse ostendit. De alijs pari modo coniecta. Alterum ꝙ ridicula mihi illorum est traditio: qui syllabam in carmine admittũt ancipitem quã in prosa producere nequeas. Tota siquidem recte pronunciandi Ratio ex debita q̃titatis moderatione, & vocum dispensatione attenditur, & consurgit. Tu ergo siue pedestrem siue absolutam orationem proferas, cantes, moduleris regularem dictionum quantitatem obserua. Vt pharetrę, tenebre, media nunc correpta non producta, prout, melior concentus assonantia tibi esse videbitur effer.

¶ Documentum.

Dic l, & r, liquidas quas n, m, sæpe sequuntur.

¶ L, & r, communes sunt Liquidę. vt iam exemplis satis patuit. N vero & M non minus liquescunt q̃uis id oĩbus nõ appareat: sed hoc. Ideo esse arbitror ꝙ eorũ cerebris nõdũ inferbuit. Exẽpla igit̃ sũt Cygnꝰ signum ichneumõ ꝓ belua ęgyptia, polymnela: ꝓ musa pluriũ laudũ: ignosco &c

Ausonius in paulinum. Quid refert? cornix non: ideo ante signum. Lucretius libro. 7. Nil tamen esse signi mixtas potuisse creari. Martialis libro. 7. Delectat marium si perniciosus ichneumon. Ouidi⁹ libro. 5. fast. Dissensere deæ quarū dolyinneia cœpit: vbi mne: tertia est syllaba. In polyinneia. Idē octaua. Meth. Debuit illius misereri & nobis. Sexcentis alijs in locis similia reperies exempla. Hic autem de correctione tantum testimonia scito: quia de productione nemini dubium esse arbitror.

ℂ Quarta generalis regula de diphthongis.

Diphthongos latias, grecasq; poeta moratur.
Vocali tamen abreuies subeunte latinam.

ℂ Omnis diphthongus tam latina q̄ græca in quotacunq; ponatur syllaba produci debet. Latina quidem vt audio: euge: cœna: musæ: omneis Græca vero vt austercon, nomen gygantis, euuangelium bonum nūcium Oneagrus, aeacus, propria virorum. Præ tamen in compositione ante vocalem latinam corripitur: Licet diphthōgo scribatur, vt præustus, pręeo, pręhēdo. Vergilius æneid. 7. Stipitib⁹ duris agitur sudibusve præustis. Manthua in Alphōso. Sublato genitore præit foribusq; ppinquat. Ouid. 11. meth. Raptaturq; comis per vim noua nupta præhensis. Est autem diphthōgus ne (quid te lateat) duarum vocalium vim propriam retinentium in eadem syllaba connectio duarum vocalium quidem. nā i, & u, cum vocalibus in principio dictionum diphthongos non cōstituūt Vocales enim non sunt: vt venus, Iuno, venio, iuuo, vim suam autem &c. quia u, post g, q, & s, Licet vocali cohereat vim perdit vt lingua, sanguis aqua, loquor, suaue, suadeo. In eadem syllaba vero quia quando vocales ab inuicem diuiduntur diphthongus esse desinit vt phaeton, tydeus, mnestheus. vbi per treis syllabas proferuntur. Itaq; diphthongus dicitur a dis, id est bis & pthoggos, id est sonus, quia duarum vocalium pleno effertur sono. Et sunt quinq; prout vsui sufficit au (vt ausculto) eu vt eucharistia, id est bona gratia: æ vt æneas: œ vt fœnum: & ei vt pluręis.

ℂ Quinta regula generalis de vocali ante vocalem in latinis.

In latijs breuis ante aliam vocalis habetur.

ℂ Vocali ante vocalem quotacūq; in syllaba dictionis latinę corripitur in prima vt deus. In secunda vt maria. In tertia vt pretorius. In quarta vt armentarius &c. vnde fit vt indoctorum amentiam non parum dimirer qui mediam in dictione maria productam efferunt: cum latina sit & a nomine latino marius (quod est stella maris) deductum hoc vtiq; doctissimus ille baptista Mātuanus apertissime insinuat cum ait libro. 2. parthenices mariane. Propterea magno sancte dabis omne nate. Fatidicum ductumq; maris de sydere nomen, & mariam dices &c. Sed quid multis est opus: nemo peritorum aliter q̄ media breui id nominis profert.

Sedulius de laude virginis. Quis fuit? Ille nitor mariæ quum christus ab aluo processit &c. Sidonius in eucha. Veni nunc spiritus oro: Pōtificem dicture tuum qui pectora prisce Intrasti mariæ &c. Prudentius in psicomachia. Nec mea post mariam potis est perstringere iura. Claudianus ad christum saluatorem. Quemq; vtero mariæ cōclusum numine viso. Virginei tenuere sinus &c. Hæc autē & hic & in apologia nostra prolixiusculę trado quia profecto quotidie in templis meas aures asinorum vulgus eius nominis prolatione grauiter offendit. Neq; ignaris satis quicq̄ persuaderi potest vt aliquando resipiscant.

¶Exceptiones quinq;.

Fio ni subit r, produc cum compositiuis.
E, nudum super i, quinte producere debes.
Recto quod dat ius, nomen produco vocante.
Ius, in patrio prosa & numero variabis,
Alterius tamen abbreuians longabis alius
Vocalem ante aliam recte interiectio mutat.

¶Dictę regulę exceptiones quinq; habentur. Quarū prima est. ¶Verbum fio cum suis compositis syllabam fi, productam habet: vt fiebam fiā fiat: &c. præterq̄ in temporibus in quibus r, litteram recipit. quia in illis syllaba fi, breuiatur. vt fierem fieri &c. Persius satyra. 5. Cras hoc fiet. Idē cras fiet quid quasi magnum. Nempe diem donas &c. Idē satyra tertia. Hęc fierent si testiculi vena vlla paterni. Viueret in nobis &c. Hic autem sine cachinno trasonem quendam audire nequeo. qui se omnes poetas legisse & ita expertum loqui gloriatur. Ait tamen Suffio, infio, corripiuntur quia a fio, longe dissident. Honesta sane: ratio est. sed aut Vergilium non legit aut forte poetam esse negat qui Georgicorum quarto) inquit. At suffire timo cerasq; insidere inanes. Quis dubitet? &c. neque Lucretium audiuit dicentem libro quarto transformationum. Aras nec tacita celebres infimus acerra. Tu vero omnia cōposita a fio, vt defio, confio, suffio, infio, quātitatem simplicis habere dices. Duo tamen postrema actiua sunt inflexionis quartę & fumigo, as. aut fumifico cas. significant.

Secunda exceptio est. Vocalis e, per se & sine consonante syllabam constituens ante i, in genitiuis & datiuis quinti declinatus producitur vt diei, speciei. progeniei &c. Dico autem per se & sine consonante: quia si cōsonantem admittit breuiatur. vt rei, spei, fidei. nec plura aut certe pauca eiusmodi inuenies. Exempla autem vbiq; crebriora occurrunt quam vt hic citari debeant.

Tertia est. Vocatiuus in i, cuius nominatiuus in ius, terminatur vocalem ante vocalem producit: vt a Caius cai. a flaius flai. a pompeius pom-

pei.a vulteius vultei (propria sunt virorum) Ouidius quarto de ponto. Accipe pompei deductum nomen ab illo. Martialis libro.2. Quod peto da Cai non peto consilium. Quod si aliter vsq̃ reperias synæresim esse dicito. vt apud Horat. in epist. Durus ait, vulti nimis attentusq; videris. vbi vulti pro vultei legis.
Quarta est i, ante u, in genitiuis terminatis in ius, tam in prosa quam in carmine est anceps ad arbitrium. nunc enim corripi: nunc produci recte potest vt vnius, vllius, vtrius, neutrius, nullius, sollius, totius, illius, ipsius: istius nec plura. Sed alterius breuiatur. Hora. in epist. Inuidus alterius ma crescit rebus opimis. Alius vero in nominatiuo quidem breuiatur sed in genitiuo producitur. Mãthuanus de expulsis ab italia gallis. Aduolat hinc alius iugulumq; obrumpit. alius Victor ouans &c.
Quinta est interiectio cuiuscunq; fuerit significati vocalem ante vocalẽ variant ancipitemq; reddit vt ha, ha, he, vaha, ohe &c. Martialis libro.4 ohe iam satis est ohe Libelle. Pes prim⁹ est Iambus, carminis phaleutici. Persius satyra.1. Auriculis quibus & dicas cute perditus ohe.

¶Sexta generalis regula de vocali ante vocalem in græcis & hebreis.

Nos a, vel e, supra a: Rapimus græcis & hebreis.

¶Quia de græcis hebreis & barbaris dictionibus plurimum solet diffi cultatis versari hunc tibi lector ordinem habe. In græcis: hebreis & bar baris: quibuscunq; dictionibus a, super a, vel e, quotacunq; in syllaba breui atur: vt phraates nomẽ poetę nausicaa: filia alcinoi regis pheacum: phae ton, solis filius. aello, nomẽ canis & harpie. danaę mater persei. pasiphae minoys chretensium regis vxor aedon, auis quam phylomenam dicunt. Quum autem breuitati studeam: nec quisq̃ in his oppositam habeat sen tentiam, multa exemplorum inculcatio mihi fore inutilis visa est.

¶Documentum.

Habraham, baal, variant, quibus & dabis amus.

Habrahã Baal.

¶Duæ dictiones hebręę: habraham: & baal (propria virorum) a super a habent anticipem Habraham autem pater multarum gentium interpre tatur. Baal vero (qui & balaam) hyans vel deuorator explicatur. Sed hæc si in amus exeant carmen multo magis venustabunt. Manth. libro.1. Par the: mari. Lanigeras Habrahamus oues per littora pascens. Sacra dabat. Idẽ li.2. Et quã fatidico populis Balaam⁹ eois. Carmine p̃dixit stellã &c.

¶Exceptio.

Produc laertes, aer, & quod fit in ael.

Laertes. Aer.

¶Duo græca laertes & aer. & hebrea omnia in ael, terminata a, super e producunt vt Israel Michael Raphael &c. Est aũt laertes tę pater Vlixis & oppidũ ab eo in cicilia conditũ. Oui. in Epi. Nã mihi laertes pater est

arcessius illi. Aer vero vnum est elementorum. Mant. de morte contem. Vnda solum subeunt, mortem subit ignis & aer. De his quæ in ael, exeũt nullis foret opus exemplis: nisi imperitorum detegenda esset stultitia. Seduli⁹ de ra. pal. Israel tu rex dauidis & inclyta proles: vbi indocti adijciunt verbũ es, & dicunt. Israel es tu rex &c. Vale. lib. 6. argonaut. Hic & odoratus fragranti crine michael. Mant. in Alphonso. Quem tali aggreditur pauidum sermone raphael.

¶ A, super i, in græcis & hebræis.

A, super i, paucis exceptis, græcia curtat.

A, super i. in græcis & hebræis quotacũq; in syllaba breuiatur: In prima quidẽ: vt Lays, id est minerua, Naim vrbs Assyrię, Naid⁹ lybici ducis nomen, Cayster fluuius thessalię. In secunda vero: vt Thebais opus Satij de Thebano bello. Phocaicus phocensis, cuiusmodi fuit Pylades. vnde & phoceus cognominat᷑. Iudaicus. i. iudęus. Alia passim similia occurrunt.

¶ Exceptio.

Lays, taygetus, vel mnays, achaya, thays,

Thraycius, cum taygete, panchaya, nays,

Laicus, ac homolaides, & genitiuus in ai.

Aut ternus longat: sed cain carmina mutant.

¶ Gręcę dictiones vndecim & genitiui aut datiui primę declinatiõis in ai, sicut aulai, pictai, &c. a, sup i. pducunt. Sed cain nomẽ hebręum priorẽ habet ancipitẽ. Lays pro priũ nomen meretricis quę corinthi summo in precio olim habita est. Proper. Non ita cõplebant ephyreæ Laydos edes. Taygetus vel taygetũ est mons gręcię frigidissimus cõtinuo rigẽs gelu. Luc. lib. v. Pharsa. Taygeti fama veteres laudantur athenæ. Mnays nomen mulieris furibundę. Mant in epigr. Cernere crediderís laceratos Mnaydis artus. Achaya regio gręciæ sub quo comprehendes achaicus & achais: nam primitiuorum & deriuatiuorũ eadem fere est regula. Verg. 2. æneid. Et danaum solitæ naues & achaica castra. Ouid. v. metha. Pars ego nympharũ quæ sunt in achaide dixi. Thais nomen meretricis apud Terẽtium. Philel. in satyris. Respuat eximio fallentem thaida vultu &c. Thraycius, cia, cium, ad Thraciã regionẽ spectans. Boet. lib. 1. de conso. Hanc si thraicio boreas emissus ab antro Verberet, &c. Taygete tes, vel taygeta, tæ, agenoris regis phœnicum nata ex vna peliadũ. Ouid. lib. 4. Maiam & electrã taygetẽq; Ioui. Panchaia regio Arabię, vbi optimum thus nascitur. Verg. 2. Georg. Totaq; thuriferis panchaia pinguis arenis Nais fluuius qui e thauro in ponthum labitur. & nympha quædã violarum. Verg. in Buco. Ecce ferunt nymphæ calathis tibi candida nais. Laicus, ca, cũ, est popularis. Laos enim populũ significat. Philel. de moribus rusticanis. Principis iratas offendit laicus aures. Hinc & laius proprium viri nomen. Homolaides homolaidis, vrbs est septem portarum, Statius.

Lays. Tayget⁹. Mnays Achaya. Thays Thraici⁹. Taygete. Panchaia Nays Laicus.

libro octauo Theb. Sphinge per ingentes homolaidas exeat hemon. De genitiuis autē & datiuis in ai, exempla sunt Verg. 5. æneid. Aulai in medio libabant pocula Bacchi. Idem in. 6. Aethereum sensum atque aurai simplicis ignem. Cain vero vt dixi nunc breuiatur: vt apud Mant. lib. ij. De calami indomita ceruice Cain fraterna peremit Viscera &c. Nunc producitur: vt apud Lactantium Firmianum in libro de inuidia. Quid prodest Cain quod fratrem occidere possit.

Cain.

A, super o, & u, in græcis & hebræis.

A, super o, super u, tibi græca vocabula tardant.

¶ In græcis dictionibus a, ante o, vel ante u, producitur: ante o, quidē vt Aon, Laomedon, Laocoon, Chaon, Lychaon, Machaon, ymaon, Parthaon, Amytaon, Dydiamaon, propria fere sunt virorum. Ante u, vero, vt Menelaus, Archelaus, Nicolaus, Amphyaraus, Prothesilaus nomina virorum. Capharnaum vrbs Iudeæ.

¶ Exceptio.

Aglaophon, chaos, aglaodos, pharaonque, phaonque,

Et gabaon, breuia: quibus ipse laodocus addam.

Aglaophon. Chaos Aglaodos Pharaon. Phaon

¶ Septem dictiones græcę a, super o, corripiūt. ¶ Aglaophon pictoris nomē. Phil. saty. x. Doctus es aglaophon, sed magno cedis appelle. Chaos omniū rerū confusio. Bapt. de contem. mor. In chaos antiquū materiamq; rudē. Aglaodos canis est splendidos, acutos & quasi furibundos habens dentes. Ouid. Metha. 6. Labros & aglaodos & acutę vocis hylactor. Pharon rex Aegyptiorū. Mant. in epigr. Te precor vt quondam mergat pharona sub vndis. Phaon puer ipsi sapho nymphę plurimū dilectus. Ouid. in epist. Saphus. Arua Phaon celebrat diuersa typhonidos æthnæ. Gabaon vrbs Iudeę. Sedulius de lectione euang. Sol stetit ab Gabaon diuersaq; lumina traxit. Laodocus propriū nomē viri expeditiꝰ interpretaī. Vale. flac. lib. i. Nititur hinc talaus fratrisq; Laodocus vrget. a

Gabaon Laodocꝰ

¶ Differentia.

Aoniam musæ: sed gallus aoniam infit.

Aonia.

¶ Aonia bifariam sumitur. Primo enim est circa Boetiam musarum regio: tunc primam producens, secundam corripit: & quicquid ab eo descendit. Verg. in Buco. Aonas in montes vt duxerit vna sororum. Secundo est regio galliæ, quæ ab imperitis hannonia appellatur: tunc primam corripiens, secundā producit. Petrarcha epist. lib. i. Proxima puluereo strepit omnia Aonia campo.

¶ Exceptio.

Cranaus, œnomaus, danaus, thalaus breuiabis.

Cranaus

œnomaꝰ

¶ Quatuor græcę dictiones a sup u, corripiunt. Cranaus nomē viri Lybici, & rex secundus Athenarū. Lucre. lib. xj. Cranaus in mediis hostē circūdedit aruis. Oenomaus rex e idis qui capita procorū suæ filię Hippodamiæ amputata suis affigebat foribus. Bapt. de Alph. Perdidit Oeno-

maus seruatę fura puellę. Danaus a:um. græcum ea, cum. Vergi.3. æneid. Aeneas hæc de danaís victoribus arma. Talaus vnus argonautarum. Valerius Flaccus lib.1. nititur hinc talaus fratrisq; laodocus vrget &c. Danaus Talaus

E, ante a, in græcis & barbaris.

E super a, græcis carmen latiale moratur.

¶ E super a, in dictionibus græcis pducitur: vt cytherea (venus) Oreas, nympha montiũ, pareas reę (venenosus serpẽs) Calliopea (præcipua musarum) &c. Dico autẽ in græcis. Nã latina corripiũt: vt trabea, vestis augurum, ardea auis altissime volãs. Iuue. saty.8. Ancila natus trabeã & dyadema quirini. Et fasces meruit regum &c. Verg.1. Georg. Deserit atq; altam supra volat ardea nubem.

¶ Documentum.

E, præ vocali quauis eus & thea curtant.

¶ Græcum quod in eus vel in thea exit, e, super qualibet aliam vocalem breuiat: vt therei thereos thereo thereon therea. Sic orpheus, Thideus, Morpheus, Protheus &c. Item Dorothea, Leucothea &c.

¶ Exceptio.

Ilioneus simul idomeneus doctus maro longat.

¶ Duo sunt noĩa græca in eus in quibus propter authoritatẽ Vergilij e, super qualibet aliã vocalẽ producitur. Dixit enĩ æneid.1. Ilianea petit dextra leuaq; serestum. Est eiusdem lib.3. Idomenea ducem desertaq; littora chrete. Vtrũq; autem est proprium viri. Ilioneus Idomeneus

Bractea, carneades, meleagra: leena, rheate,

Crocea, cyanee, baleares atq; theano

Antheas, artheatæ, bareas, boreas, meleagrus,

Colchea, & albumea, broteas, lea, siue learchus.

Oceanus tegea, cyneas, & cynea curtant.

Quodq; creos, cleos, atq; neos, theos, indicat addam.

¶ Viginti tres dictiones græcæ, & omnes quæ ab vna illarũ quattuor particularum Creos.i. caro, cleos.i. gloria, neos.i. nouus, theos.i. deus nõ componũtur, e, super a, corripiunt. Bractea tenuis est lamina cuiuscunq; metalli. Vergilius æneidos sexto. Ilice sic leni crepitabat bractea vento. Carneades proprium nomẽ philosophi. Sedulius lib.4. Carneadesq; parem vim gerat helleboro. Meleagra oppidũ in peloponesso. Statius in syluis. Funditus in rapidas caderet meleagra fauillas. Si non cauta foret Leena femella leonis. Vergilius æglo.2. Torua leena lupum sequitur, lupus ipse capellam. Rheate rheatis oppidum Thessalię, & vmbrię. Vnde Vespasianus originẽ habuit. Silius libro quinto. Litigijs titubat iamiam excisura rheate. Crocea oppidum Volscorum. Status in sylujs. Iam saxo Bractea carneades Meleagra Leena Rheate Crocea

Cyneae. sa truci labatur crocea bello. Cyaneae insulae sunt in pōtho nauigantibus periculosę. Hinc cyaneus a, um. Luc. lib. 2. Cyaneas tellus emisit in equora cautes. Baleares insulę sunt in Hispania, in quibus vsus iacendi lapides e funda primo inuentus fuisse perhibentur. Silius lib. 3. Ferrea bella feres balearis & alite plumbo. Haec theano huius theanus, vel haec theana nae, proprium nomen mulieris & vrbis. Verg. 10. aeneid. Aequalem comitēq; vna quem nocte theana &c. Antheas gygantis lybici nomen & regis Indiae. Phil. de honestate regum. Antheas eximium solitus cōfundere sceptrum. Artheatę tres sunt peninsulę prope Dalmaciam. Māth. in syluis. Artheatę veneto detractāt colla leoni &c. Bareas philosophi Stoici nomen, Iuue. saty. 3. Stoicus occidit bareā delator amicum. Boreas ventus qui & nothus dicitur. Boe. 1. de cōsola. Hāc si traijcio boreas emissus ab antro Verberet. Meleager vel meleagrus, Oenei regis etholię filius. Iuuena. saty. 5. Altilis & flaui dignus ferro meleagri. Fumat aper. Colchlea mulieris nomen & pagi. Ouid. in epist. Quod miser ipse struit cōiux id colchlea tollit. Albumea nomen montis, & qui ex eo scatuit fontis. Verg. 7. aeneidos. Consulit albumea nemorū quae maxima sacro Fonte sonat &c. Broteas nomen viri, deuorator explicatur. Ouid. 5. Metha. Hinc gemini fratres broteasq; & cestibus hāmon. Lea femella leonis, quae per diuisionem Leena quoq; dicitur, vt nuper ostendi. Māthu. de expulsis ab Italia Gallis. Non lea sanguineos per tot discrimina gressus. Pignora cōsequitur. Learchus Inous nymphę filius. Sta. in Theba. Semianimem heu leto referens clamore Learchū. Oceanus maris deus, vel ipsum mare. Verg. 2. aeneid. Vertitur interea coelū & ruit oceano nox. Tegea nomē oppidi, & montis in Archadia. Papi. lib. 7. Nō tegea nō ipsa deo vocat alite foelix Cyllene &c. Cyneas mōtis & viri in eo sepulti nomen. Lucr. lib. viii. Nec tā thessalici cyneae caua viscera matres. Quōdā effleuerunt &c. Cynea fruticis genus. Macer de virtu. herb. Cynea decoquitur succi spumātis oliuo. ¶ Quatuor aūt particularū quę in fine textus annectūtur, exēpla sunt. Creos. i. caro. Hinc artocrea est panis carnibus permixtus. Cleos i. gloria. hinc cleantes, cleadas, cleargus, ꝓpria sunt philosophorū. Neos. i. nouus, hic neacles, nearchus, ꝓpria virorū, Neęrea nomen mulieris. Neapolis noua vrbs &c. Theos. i. deus. hinc Theatrū atrium deorū siue aula. Theanum, oppidum Appulię, Thearus proprium viri. &c.

Baleares. Theano Antheas. Artheatae Bareas. Boreas. Meleager Colchlea. Albumea. Broteas. Lea. Learchus. Oceanus. Tegea. Cyneas. Cynea. Creos. Cleos. Neos Theos.

¶ Documentum

Idea, leander. romphea, malea, chorea,

Mydea, cum platea, & nemea, variare licebit.

¶ Grecę dictiones octo, e, super a, variāt, ancepsq; tā in prosa q̄ in carmine relinquunt. Idea forma siue species omnium rerum quę inuisibilis, & in se perpetua est. Lucre. lib. 9. Ah quid agam? pauidos mihi sensus idea turbat. Lucilius ad fratrem. Mentem non idea tuā fatuare sinetur. Leander nomen adolescētis tāto amore capti, vt ad amicam fluctus marinos sępe nutus tranaret. Ouid. 2. lib. de arte. Sępe tua poteras Leandre carere puella. Philel. in saty. Mox appulsa fores: nec enim cessisse Leandro.

Idea. Leander.

Gaudeat &c. Romphea, lictorum gladius quo sontes detrūcantur. Mantuanus de beata Margareta. Sternitur innocuūq; haurit Romphea cruorem. Valerius flaccus lib.6. Equaq; nec ferro breuior, nec romphea ligno. Rōphea

Malea promontorium est Laconiæ, in cuius circuitu admodū periculosa nauigatio est. Propertius. Præbeat hospitio sęua malea suo. Vergilius quinto æneid. Ionioq; mari leeq; sequacibus vndis. Malea

Chorea iocularis saltus. Ouid. octauo Metha. Immemores nostri festas duxere choreas. Vergilius sexto æneid. Pars pedibus plaudūt choreas, & carmina dicunt. Chorea

Mydea proprium vrbis, insulæ, & mulieris. Sedulius de præstantia rerū. Nec veteres antiqua suosvult Mydea ritus. Mant. in epigr. Marmoreosque sagax vultus Mydea poliuit. Mydea.

Platea nomen oppidi in Boetia, & Celtiberia, & cuiusis locus amplus, multumque habens latitudinis. Horat. in. epist. Plures sunt plateæ nihil vt meditantib⁹ obstet. Mant. de dionysio. Obstupuere animis om̄i fremitante platea. Platea

Nemea nemeę, vel nemee nemees nomen montis, vrbis & syluæ in Archadia. Verg. de gestis Herculis. Compressit Nemęe primum virtute Leonem. Stat. in syluis. Heu q̄ præcipiti turbauit dente nemeam Belua &c. Nemea

¶ Differentia.

Aeneas Troiæ longes: alias breuiato.

¶ Aeneas dux Troianorum mediam productam habet. Verg. I. æneid. Sum pius Aeneas fama super æthera notus. Aeneades vero ab eo patronymicum e super a rectius corripit. Idem nono. Aeneade in ferrum pro libertate ruebant. Sed Aeneas proprium cuiuscunq; alterius hominis mediam rectius breuiatam habet. vt distinctionis nota comprehēdatur. Testis est Valla super Matheum, hinc est illud Sedulij de vita Pauli Aeneas vestros tenuit meatus pectore fido, Saphicum est cum adonio. Aeneas

¶ Differentia.

Saturni Rhea corripitur romana moratur.

¶ Rhea triphariam accipitur. Primo enim est vxor Saturni, tunc primā corripit. Stat. in Achylleide. I. Creta Rheę te longus honos ęternaq; cingunt Templa &c. Secundo est mater Romuli & Remi quę alio nomine Ilia nuncupatur: tunc primam producit. Verg. æneid. 7. Collis Auentini sylua quem Rhea sacerdos. Tertio est culpata vel accusata, & primam etiam corripit: sed de illo nihil hic ad propositum. Latinum enim est adiectiuum. Hic autem de græcis loquimur. Mant. de aga. Iudice sub vitio virtus rea sistitur actor. Impietas patrona venus mendacia testes. Rhea.

¶ Diphthongus ante a.

Diphthongum super a, semper producere debes.

¶ Diphthongus sicut æ, & œ, ante a, in græcis dictionibus producitur vt Aeacus Achyllis auus, Astræa iustitia, Galilæa pars Iudeę: trāsmigratio interpretatur. Oeagrus pater Orphęi & fluuius Thessaliæ. Eubœa pars Græciæ. Methanœa pœnitentia.

¶E, ante e.

F, super e breuio: tamen eetion remoratur.

¶E, super e, in græcis corripitur: vt pholoe mons syluosus Archadiæ. Lucanus libro septimo. Scilicet ipse petet pholoen petet ignib9 æthon. Sed Eetion rex Thebarum in Sicilia primam habet productam. Ouidi9 quarto fastorum. Et Tenedon veteres Eetionis opes. Sic & eius deriuatiuum Eetionus eetiona eetionū. Ouidius duodecimo Methamorphoseos. Etionias impleuit sanguine Thebas.

¶Ae super e.

Ae diphthongatum super e longare iubebo.

¶Ae, ante e, in græcis producitur: vt nisæe, es, propriū nymphę. Verg. septimo æneidos. Nisæe, spioque, thaliaque, cymodoceque. Aeta pater Medeæ. Ouidius in epistolis. Medea ad Iasonem. Accipit hospicio iuuenes Aeta pelasgos.

¶E, super i, in græcis.

E graium super i, quæuis syllaba longat.

¶E, super i, quotacunq; in syllaba producitur: vt deiphobus viri Troiani proprium. Verg. æneid. Deiphobūq; videt laterum crudeliter ora. Sygeis littus iliacum & promontorium. Statius in syluis. Qualia Sygeis quondam sua pergama vidit. Priameius possessiuum a Priamo Troianorum rege. Verg. 4. æneidos. O felix vna ante alias priameia virgo. Sic Deiopeia nympha, Deiameia puella, deianira amica Herculis. Cibelius cibelia cibelium. possessiuum a cybele matre deorum.

¶Documentum.

Nereis, æneis, neipe, pireicusque,

Ancipiti forma pones: vt carmen auebit.

Nereis
Aeneis
Neipe
Pyreicus.

¶Quatuor dictiones in textu e ante i, variandum pro ratione carminis habent. Nereis marina dea vel ipsum mare. Ouid. lib. xiij. Metha. Discedunt placidisq; vetant Nereides vndis. Idem ibidē. Nereq te vereor tua fulmine sęuior ira est. Aeneis opus Vergilij de Aenea Troianorum duce. Ouid. 2. trist. Et tamē ille tuę felix æneidos author. Idem in tertio de Pontho. Aeneidos vati grāde tulisset opus. Neipes proprium mulieris Thessalię. Vale. lib. 6. In labentis equę tendentem frena neipem. Lucret. lib. 7. Grandia tortilibus neipe frena Lacertis &c. contrahit &c. Pyreicus pictoris nomen. Proper. in. 3. Pyreicus parua vendicat arte locum. Mant. in alphon. Vel quā prexiteles, vel quā pyreicus artē Edocuit &c.

¶E, ante o, in græcis.

E, grecum super o, vates breuiare iubetur.

¶E, super o, in græcis corripitur: vt cleone oppidum achaiæ nō procul a Corynthо. Lucanus quarto. Ille Cleoni proiecit terga Leonis Cleopus

Athenienſis philoſophus. Cleopatra regina ægyptiorum. Mant. primo parth. Mar. Mella vel actiaco fleuit Cleopatra tumultu.

ℂ Exceptio.

Produc Ethneon: deois, ſiue lageos.

ℂ Tres dictiones in textu e, ante o, longatum habent. Ethneon oppidū in epyro. Macedonius. Viridus ethneon totis inuadere certant. Deois proſerpina. Auſonius ad theonem. Virgineas inter choreas Deoida raptam. Lageos genus vitis delicatum proferens vinum. Verg. 2. Georg. Et paſſo pſithia vtilior tenuiſque lageos.

ℂ Documentum.

Gedeon ſimul eous, variare licebit.

ℂ Duæ dictiones in textu e, ſuper o, pro metri conuenientia variandū habent. Gedeon iudex & propheta fuit Iudęorum. Mant. 2. Maria. Velleraq; & ſiceos magni gedeonis imbres. Sidonius in euchariſtico. Firma ſti gedeona tubis incerte canoris. Eous ſine aſpiratione eſt mane ſiue aurora. Hinc eous eoa eoum, prima producta eſt orientalis. Verg. 1. æneid. Eoas acies & nigri mennonis arma. Sed heos cum aſpiratione eſt lux ſiue lumen. hinc heous heoa heoum prima correpta eſt illuminās ſiue clarificans. Verg. 1. Georg. Aut cum ſole nouo terras irrorat heous. Parum ergo vel nihil ſignificatione differunt: ſed quantitate plurimum diſcrepant quod apertiſſime Propertius indicat dicens lib. 2. Siue illam heſperijs, ſiue illam oſtendet heois. Vret & eoos, vret & heſperios. Gedeon Eous

ℂ Ae, ante o.

Ae, diphthongatum ſuper o, longare iubemur.

ℂ Ae, ſuper o, in grecis dictionibus producitur: Aegæona gygantis nomen. Stat. in achylleide. Audierat duros laxantem ægeon nexus. Sic alchmæon philoſophus atticus. Aeolus rex ventorum, æolia eius regio, æon eſt ætas. Mæothis palus in ſcythia.

ℂ Documentum.

Quod gæ pro terra componit nos variamus.

ℂ Gę particula greca terram ſignificat: quę quia apud latinos vario modo ſcribitur: nunc corripi: nunc produci pro commoditate metri recte poteſt: vt Georgius, id eſt terrę cultor. Mant. 1. faſt. Miles adeſt prodit nitidis Georgius armis. Idem in epigr. Talia non mauors non ipſe Gæorgius arſit. Sic gęorgia terrę cultura, gęorgica quæ ad terram ſpectant. Gæometria de terræ menſuris ſcientia: Gæometres vel gæometra terræ menſurator, & alia huiuſmodi prope innumerabilia.

ℂ Oe, ante o.

Oe, diphthongatum ſi vox eſt græca moratur.

ℂ Oe, ſuper o, producitur: vt bœotia regio. Ouid. 3. meth. Mœnia fac

ṏdas bœotiaq; illa vocato. Sic bœorix galli princeps exercitatus aduersum Mariū. Homœosis, homœotelentū, homœoptoton noīa figurarū.

¶ E, ante u.

E, simplex super u, græcis breuiare solemus.

¶ E, ante u, in græcis corripitur: vt Dorotheus. i. donatus a deo. Mant. in agone diuæ Marg; Dorotheum, theodoram, agapen, cum millia nup, &c. Creusa vxor æneę, & mater ascanij. Verg. 2. æneid. Nos contra effusi lachrymis cōiuxq; creusa. Sic entheus. ea, eum. diuinus, na, num. Timotheus viri propriū. Matheum genus delicati farciminis. Enganeus Herculeus & alia similia. ¶ Dico autem notanter in textu e simplex, quia æ diphthongatū super u producitur per generalem regulā de diphthongis, sicut fieri solet in eis quæ a græco descendunt. Et in eus terminātur vt Arceus. i. græcus. Ptolomeus, viri proprium, Chreteus ex chreta. Hoc autem diligenti orthographorum relinquitur practicandum iudicio.

Produc alpheus, spondeus, siue maleus.

¶ Tres dictiones e, simplex super u, productum habent. Alpheus fluuij & viri propriū. Ouid. 5. meth. Quo properas Arethusa suis Alpheus ab vndis. Man. 1. parth. ma. Quatuor alpheo Iudam Simona, Iacobū. Spondeus pes metricus. Hora. de arte poet. Spondeum stabilem non vt de sede secunda &c. Maleus viri & montis proprium. Lucil. 5. Ecce fugit rapidus districta per arua maleus.

Alpheus
Spōdeus
Maleus.

¶ Oe, ante u.

Oe, super u. semper longari poscunt.

¶ Oe, ante u, producit: vt Melibœus, viri propriū. Verg. in buc. O Melibœe deus nobis hæc ocya fecit. Cœus, viri proprium, Mant. 1. epig. Deformi nimium corpore Cœus erat. Sic Eubœus, Alphesibœus.

¶ I, ante a.

I, paruum super a, semper breuiare iubemur.

¶ I, ante a, siue latinum, siue tenue græcū fuerit, breuiatur: vt zacharias: proprium viri. Iuuencus super euangelium. Zacharias vicibus cui templum cura tueri. Helias propriū viri. Mant. 2. parth. Helias ardenti cœlū petijsse volatu. Sophia, sapientia. Idem cōtra impudice scribentes. Sunt sophiæ partes, est ingeniosa mathesis. Harmonia resonātia. Lucre. lib. iij. Harmoniam graij quam dicunt ꝙ faciat nos Viuere cum sensu. Sic homilia. id est sermocinatio. Philosophia, amor sapientiæ. Theologia dei sermo. Vrania, vna musarum, cœlestis explicatur. Symphonia consonantia. Euphonia bonus sonus. Maria illuminatrix vel domina. Et ter mille huiusmodi alia, in quibus rude & ignarum vulgus turpiter oblitare solet. Sed tu in primis caue, si sapis, ne vsu reprobando decipiaris asinorum.

I, magnum super a: produc quod in bene vertes.

¶ I magnū siue ω, ita grecū quod apud latinos in e, longū vertitur tam in prosa q̄ in carmine produci debet. Vt alabia. i. innocentia, Elegia. i. miseria. Angaria. i. afflictio vel ieiunium, vel locus in quo equi ferrantur. Aristocracia. i. magnatium, principatus. Prophetia. i. reuelatio futuri. Dulia i. seruitus hominis. Latria, id est cultus dei. Energia. id est subtilitas & excellentia. Epiphania. i. apparitio. Eleuchia, id est increpatio. Eumenia, id est beniuolentia. Hermenia. i. interpretatio Homœomeria, id est similitudo partium. Ironia. i. sermo mentis contrarius. Castrimargia. i. gula inordinata. Litania, id est supplicatio. Lęmargia. i. ingluuies. Alethia, id est veritas. Mātia, id est diuinatio. Magia, id est incātatio. Aethia, id est mergus. Mechia, id est adulteriū. Pedia, id est eruditio vel castigatio. Rethoria, i. ars rhethorica. Thalia. id est vna musarum. Adduntur his pleraqꝫ propriorum nomina.

¶ Amphigenia, vrbs Boetię. Aegilia fuit regina Thessalię. Alexandria vrbs in Aegypto. Anthiochia. vrbs Assyriæ. Animoria, mōs & oppidū. Boetię. Argia mulier. fons & regio in Achaya. ¶ Itē Astidamia, Hypodamia, Deidamia, Anthia, Syprogenia, Aphrogenia, Deiopia, Eugenia, Iphigenia, Hyperia, Harpia, Ilythia, Laodamia, Langia, Lygia, Orithia, Peridia, Thias (Mulierum nomina.)

¶ Item Amgias, Iasius, Iapetus, Landrianus, Ophias, Philias, Pryamides (nomina virorum.)

¶ Item Coronia, Dia, Lampia, Lebadia, Nycia, Nicomedia, Pthia. (Vrbium vel insularum propria.) Multa autem ex his per ei, diphthongum scribūtur. sed eadē pductionis est regula. quę quia cognitu pq̄ difficilis est tot simul in vnū cōgerere volui. Pauca eni alia hui⁹ regulę esse arbitror.

¶ Documentum.

I, variant, cyane, diana, polyinnia, plias.

¶ Quattuor dictiones gręce: habent litteram, i, ante, a, communem.

¶ Cyane huius cyanes nympha & fons in quē illa mutata fingitur. Oui. libro nono metha, Cognita cyane pręstāti corpore nympha. Idem in secundo de pontho. Quaqꝫ suis cyanem miscet anapus aquis. Diana soror phœbi quę siluis pręsidet. Verg. æneid. I. Exercet dyana choros quē mille sequute. Propertius libro vltimo. O nunc nec fœlix nostra dyana venit Polyinnia vna musarum, multarum laus rerum interpretatur. Statius in syluis. Vatibus egregiā Largita polyinnia mētem. Idem. voce polyinniam confusa mane vocabat. Plias pliadis: filia athlātis & stella. Ver. primo Georg. Pliadesqꝫ hiades clarā q̄ Licaonis arctū. Idem primo ęneidos. Arcturum pliadesqꝫ hiades: geminosqꝫ triones.

Cyane, Dyana. Polyinia. Plias

¶ I, ante e.

I, super, e, breuia. sed piera, pierus educ.

¶ I, ante, e, in grecis producitur: vt Hiero (nomē tyrāni cyracusarū) Hiera. i. lepra. Hinc Hierocomōn locus in quo leprosi aluntur. Sed duo pduci

Piera Pierus.

debent. Piera, regio boetię. Et pierus pater nouem picarum, qui peeriā musis consecrauit. Ouidius lib. 5. metha. Pierus has genuit pelleis diues in aruis. Quicquid autem de primitiuis Loquor. Itidem de deriuatiuis censeto. vt pieris pierius. Vergilius in bucoli. Pergite pierides nō omnia possumus omnes. Bapti. Māthu. primo: parthe. ma. Sed neq; pierij fontis neq; phochydis vndę.

Documentum

Cum priene, gabriel pones vt carmen amabit.

Prienę. Gabriel.

Duę dictiones i, super u, variant. Prienę: regio q̄ hianti natalicia fuit. Priscianus in perihegesi. Inter miletum currēs Latanq; prienem. Sidon in panegyrico. Prienęe bia, quod plus tibi turba malorum est Gabriel nomen archangeli: fortitudo dei interpretatur. Sedulius de laudibus marię Virgo prius seu posterius Gabriel ab ore. Vbi ignari versum corrūpunt dicentes ac: pro seu, Prudentius de annuntiatione. Lucidus accessit miro sermone Gabriel.

I, ante i,

I, super i, semper correptum est, vt diiambus.

Dijambus

I ante i, in græcis vel hebreis semper corripitur vt diiambus: pes compositus ex duobus iambis. Sicut amœnitas.

I, ante o,

I, super o, breuia, tamen hæc subiecta notato.

I, ante o, breuiatur vt Iolas viri proprium. Verg. in buco. Phillida mitte mihi meus est natalis iola. Sic & clio nomen musę. Ouidius primo de arte. Non mihi sunt visę clio cliusq; sorores. Spio nomen musæ. Verg. 5. æneid. Nisee: spioq;, thaliaq;: cymodoceq;.

Documentum.

Ion est anceps, sed doctos consulere vates.

Nomē in ion: tertij declinatus i, ante o, recte variat, quia fere proprium est. Probatos tamē authores fac diligenter imiteris. Dices enim cum Virgilio in buco. Orpheus in siluis, inter delphynas arion. Et cum Horatio in arte poe. Dictus & amphion thebane cōditor vrbis. Vt ego paucis agam hęc melius produces. Ixion, orion. arion, ęthion, hyperion, pandion, amphion, ophion, œdipodion, iapetion, methion, ethion. Et plæraq; alia. Hęc vero cōtra rectius corripies. Amphitium, carmenion, chromion: dedalion, fethion, eudimion: emathion, eurithiō, asteriō, cercyon, ethalion, ion, & alia complusculа.

Documentum.

Io, dupliciter variatur: ionia iunges.

Io duobus modis sumitur. vno modo enim est mulieris nomē q̄ i vacā mutata fingit. Altero vero est hortātis vel blādiētis ꝑticula sed vtroq;

modo syllabam habet ancipitem. De proprio nanque Ouidius inquit primo Metha. Constiterat quocunque loco spectabat ad Io. Et idem in epist. Hypermestre ad Linium ait. Quid tibi causa fugę est? quid Io freta longa pererras? De aduerbio vero vel interiectione Silius scribit libro.5. Io quisque suas in ferrum pandite vires. Ouid.5. methamor. Dicite Io pœna, & Io bis dicite pœna. His autem adiungitur Ionia pro regione, quia primam etiam habet communem, quoniam Lucretius inquit libro. vij. Tota redundabit sacris Ionia musis. Aliter vero Ouid.6. fast. ait. Nec latium norat quem præbet Ionia diues. Ionia.

¶ I, ante u.

I, gręcum super u, vates breuiare iubetur.

¶ I, ante u, in gręcis breuiatur: vt priameius, Iulius, Sergi9, Horatius &c. Idolium idolij, parua statua, diminutiuum ab idolo.

¶ Exceptio.

Hormius, chius, agenius, dius, orius,

Cum crio, gynecia, lycia, brauia, dochium,

Sic orthius, prynnesium, siue polium,

Et cum spercio debes longare trophium.

¶ Quindecim dictiones gręcę i, ante u, producũt. Hormius fluuius thessalię consecratus musis. Chius, a, um. i. pertinens ad Chion, quæ est insula in mari ęgeo. Agenius, nia, nium. i. iuuenis sine barba. Dius dia dium. i. diuinus. Orius, gygas & fluuius Arabię. Chrion frõs arietis & promontorium in Dalmatia. Gynecium, locus mulierum in ędibus: in quo solę conuersari solent. Lycium schola fuit Aristotelis, & gymnasium Ciceronis apud Athenas. Brauium prępium victorię. Dochium est hospicium, sed composito sæpius reperitur, vt xenodochiũ, vbi peregini hospitantur. Prochodochiũ, vbi mendici reperiuntur &c. Orthius mons Thessaliæ. Prynnesium nautarum funis. Polium omnis locus in quo aliquid venditur, vt bibliopolium, vbi libri. Ictiopolipolium, vbi pisces. Oenopolium vbi vinum venundatur. De alijs hic consimili modo. Sperchius fluuius Thessalię. Trophium, locus in quo aliquid nutritur: sed in compositione frequẽtius est: vt Ictyotrophium, vbi pisces, Brephotrophium, vbi infantes expositi educantur. Pleraque similia passim inuenies.

Hormius. Chius Agenius Dius. Orius Chrion Gyneciũ Licium Brauium. Dochium Orthyus. Prynnesium. Polium Sperchius Trophiũ

¶ Documentum.

Tu graphium, scaphium pones vt carmina poscunt.

¶ Duæ dictiones gręcę i, ante u variant. Graphium stilus quo scribimus Scaphiũ matula ad similitudinẽ scaphę composita. De productione autem nulli dubiũ esse debet: quia apud gręcos per ei, diphthõgũ scribunt, quę semp apud nos in i, longũ vertitur. ¶ De correptione vero dubitare posses. Sed Ouid. in episto. ait. Quid digitis opus est graphium laxare

Graphiũ. Scaphiũ

tenendo. Et Iuue. ſaty. 7. Iam rite poſitis ſcaphiũ cõſumitur armis. Cõſimilis vtiq; ratio eſt de quibuſdã proprijs, ſicut Eugenius, Darius &c.

¶ Differentia.

Arrius eſt proprium: populus dicetur arius.

Arrius ¶ Arrius bifariam ſumitur, quando enim eſt proprium viri primam poſitione producit, penultimam vero corripit. Sedulius. Arrius infelix tanta hæc mendacia fudit. Sic & fœmininum Arria. Martialis libro primo. Caſta ſuo gladium cum traderet Arria poeto. Sed quando Arius eſt nomen populi primam corripit media producta. Luca. lib. 3. Subſtringens ariſmape comas hic fortis arius &c.

¶ Differentia.

Bacchius pes eſt, proprium tibi Bacchius effert.

Bacchius. ¶ Bacchius duobus modis accipitur. Vno etenim eſt pes metricus conſtans ex prima breui & duabus longis ſyllabis, vt honeſtas: tunc mediam longat. Lucretius lib. 7. Baccheis opus eſt lõgo reſonare paratu. Altero vero eſt propriũ viri: tunc mediam breuiat. Horat. ſaty. 7. Compoſitus melius cum bitto bacchius in ius

¶ Differentia.

Pro populo Lycium: pro Phœbo dico Lycium.

Lycius ¶ Lycius gentile nomen a Lycia regione mediam corripit. Verg. 1. æn. Vnam quæ Lycios fidumque vehebat Oronthem. Sed Lycius pro Apoline a Lyco, id eſt lupo, quia ſicut lupus ore pecudes, ita ſol radijs, humorem rapit, mediam producit. Stat. decimo Theb. Templa Lycie dabis & ditia dona ſacratis.

¶ O, ante a.

O, ſuper a, breuiant: ſicut ſtoa, ſicut oaxes.

Stoa. ¶ O, ante a, in græcis & barbaris corripitur: vt ſtoa. i. porticus: ſtoicus tamen primam producit. Perſius ſaty. 5. Stoicus hic aurem mordaci lo-

Oaxes tus aceto. Oaxes fluuius Chretę. Verg. in Buco. Pars ſcythiam & rapidũ Cretæ veniemus oaxem.

¶ Documentum.

Demis Ioannes, Troas, ſyloam variabis.

Ioannes ¶ Duę dictiones o, ante a, producunt: Ioannes nomen tetraſyllabũ ſine aſpiratione per ω mega, quod ſemp longũ eſt, ſcribitur neq; aliter recte, aut ſcribi aut ꝓferri poteſt. Bapt. 2. parth. Kath. Primus Ioannes operit

Troas quem lucida veſtis. Hæc troas huius adis, vel dos, mulier Troiana. Verg. æneid. 3. At procul in ſola ſecrete troades acta. Syloa vero vrbs & flumẽ

Syloa Galileę variatur. Nã arator inquit. Ille iacebit iners cui proxima mota ſyloa. Sedulius aliter. lib. 4. Accepta domini ſyloam veniſſet ad vndam.

¶O ante e,

O super,e,produc.sed quæ sunt propria muta.

¶O ante,e,in græcis & barbaris pducitur vt troes heroes meroes &c. Sed proprijs recte variatur vt noe,eloe.pholoe,&c.

¶O ante i,

O super i,breuia pirois,simoisq; probabunt.

¶O ante i,breuiatur vt eubois regio pirois:vnus equorũ solis : symois fluuius troiæ: &c. Pirois. Simois,

¶Exceptio

Troilus,oiclus.phoyx,& troia,mois,

Stoicus,eous,& zoilus atq; lagois.

Obliquos & quæ longis sunt edita produc.

¶Nouem dictiones in textu,o,ante,i,producunt. Troilus priami filius Vergilius æneidos primo. Parte alia fugiens amissis troilus armis. Oiclus pater amphiarai. Statius,4. Theb. Oiclus trahitur lacertos p colla capillos. Phoyx vel phoicus,auis quam barbari mesangam vocant. Lucretius lib.ii. Proh superi quid agam Phoyx per vimina transit? Troius,ia,ium est Troianus na,num. Verg.i.æneid. Arma virum tabulæq; & troia gasa per vndas. Mois est ancilla Statius in siluis. Candida fœlici tramite mois adest. Stoicus philosophans in stoa porticu atheniensi. De quo habes in o,ante,a, Eous,a,um est orientalis. De quo habes in,e,ante o,zoilus inuidus poetaster fuit qui scriptos aduersus Homerum libros Ptholomeo ægyptiorum regi obtulit grãde sperans inde nancisci præmium. Sed tãdem pro mercede pependit. Atq; ideo pro quolibet detractore & inuido qui alios iniuste reprehendit acvituperat recte sumitur. Cornelius de vita Alexand. zoilus ante fores vigilat cohibere fauillam. Lagois leporẽ sapiẽs explicatur. Est enim piscis & auis cuius carnes leporinum exhibẽt gustum. Ouidi. in epist. Non sane modico priua Lagois erit. His adduntur obliqui græcorum nominum habentes,o,ante,i,vt minois, trois:herois:throis,&c. Item & quæcunq; a productis deriuata sunt vt minoius: Heroicus troicus,&c.

Troilus Oiclus. Phoix Troia Mois Stoicus. Eous. zoilus. Lagois.

¶O ante o.

O super o,breuia,sit laocoon tibi testis.

¶O ante o,in græcis semper corripitur vt Laocoon:antis:viri propriũ. Verg.2.æneid. Laocoon ardens summa decurrit ab arce. Laocoon.

¶O ante u.

O super u,breuia,sed deriuata poetæ,

Producunt,iunges achelous siue pyrous.

¶O ante u,in primitiuis corripit vt panthous: Alcynous:antinous &c.

Achelous. Pyrous. Excipiuntur duo Achelous fluuij & dei nomen Pyrous herois nomen. In deriuatiuis vero semper producitur:vt a lesbo lesbous,a mirto mirtous a latona lathous &c.

¶V,ante reliquas vocales.

V,præ vocali quauis:breuiare iuberis.

V in græcis & hebreis semper breuiatur cuicunq; præponatur vocali vt suas adis est fidelis cocus.rues is.id quo lathomi gypsum versant. pruis pruidis,fructus salicum.fruo fruis miles fortis &c

¶Septima generalis regula de deriuatis.

Primorum legem tibi deriuata sequuntur.

Si post vocalem nil mutes,dempta videbis.

¶Tāta est syllaba in deriuatiuo q̄ta fuit in suo primitiuo:vt quia sedeo des primam habet correptam:ita Sedebam bo.sede sedeto : sederem sedeā sedere,sedēdi sedendo sedendum:sedens sedile:& similia: eandē breuiant. ¶Et quia preteritum sedi priorem producit:ita sederā,sedissem sederim sedero sedisse:sedes & similia eandem longant. ¶Ad hanc tamen regulam quattuor conditiones requiruntur.Prima est q̄ eadem cōsonans immediate post vocalem in deriuato maneat quę fuit in primitiuo.propterea hæc producuntur.Binus a bis & vnus. Trinus a ter & vnus. Bim9 a bis & ann9.Trimus a ter & annus.Quadrim9 a quater & annus.Mobilis a moueo es.Fomes a foueo es. Iumentum a iuuo. prælū a præmo is.Et pleraq; alia quorum primitiua corripiuntur.

¶Secunda est q̄ si vocalis immediate sequitur vocalem in primitiuo: itidem faciat in deriuato.Propterea ibo:quibo:numen serium &c.Primam longant q̄uis eo,queo,nuo,seorsum(vnde hęc deducta sunt)eandē corripiāt. ¶Tertia est q̄ si positio est in primitiuo eadē maneat in deriuato.Propterea,quater,offella,sygillum,tigillum &c.Primā corripiūt Licet quattuor offa,signum,tinum,eandem positione producant.

¶Quarta est q̄ in specialibus regulis expresse nō cōtineatur multa enī suis locis excipianda veninnt vt hæc & similia.Tegula feralis humor pectus rex regis.Lex legis,vox vocis,vena,rapa,&c. Producuntur. Hæc vero dicax:stabilis,lotium,sopor:nato tas.Lucerna &c.Contra primitiuorum naturam primam corripiunt.

¶Octaua generalis regula de compositis.

Simplex compositumq;:modo referuntur eodem.

¶Simplicis & compositi eadē est q̄titas. Tam in primis vt ab eo:adhereo:inio is.quæ corripiuntur auius a,um.deuius deuia deuium.deduco: educo,quæ producuntur.q̄ in secundis:vt lego perlego:facio perficio taceo,reticeo &c. Quæ breuiantur.Ledo,collido.Ludo illudo dico benedico &c.Quæ longantur.Regula tamen positionis & vocalis attēdēda

semper est vt peperi a quo reperi. tuli a quo retuli & praeo:preuro &c.

¶ Exceptio.

Bus,cus,tus,iero:de nubo dico quoq; nosco
Et iuro nihilum,comitia semisopitus,
Hanc perimunt normam,sed connubium variabis.

¶ Octo particulae in textu simplicis q̃titatem obseruant. ¶ Prima est nomen in ubus a nubo nubis:vt pronubus ba bum. inubus ba bum. Bus ¶ Secunda est nomen in icus:a dico dicis. vt falsidicus ca cum. maledic⁹ ca cum. &c. Cus ¶ Tertia est participium in tus,compositis huius verbi nosco cis. vt cognitus ta tũ. a cognosco cis. agnitus ta,tũ. ab agnosco cis &c Tus. ¶ Quarta verbũ in iero cõpositum a iuro as. peiero res. deiero as. &c, Iero. ¶ Quinta a ni.i. nõ & hilum.i. res nullius vel ad modum exigui valoris. Nihilum. De quo Lucretius libro.3. Nil agitur mors est ad nos neq; pertinet hilũ. ¶ Sexta est semisopitus a semi,id est medium & sopitus.i. ad sopnũ excitatus. in his enim syllaba ipsa corripitur quę in simplicib⁹ producta est. Semisopitus. ¶ Septima commitium a cum.i. simul & itum itu. secundam longat cũ itu simplex corripiat. Est autem commitium concursus populorum ad eandem rem definiendum conuenientium:qualis in magistratibus eligẽdis olim romae fiebat. Statius in siluis. Anxia sollicitis cessant commitia curis. Cõmitiũ. ¶ Octaua est connubium,id est matrimonium:secũdam habet ancipitem. Vergi.4. aeneid. Cuiq; loci leges dedimus connubia nostra. Idẽ in.1. aeneid. Connubio iungam stabili propriamq; dicabo.

¶ Differentia.

Ambitus est substans ambitus mobile fertur.

¶ Ambitus bifariam accipitur. Vno quippe modo est substantiuum media correpta & circuitum vel cupiditatem honorũ significat. Horatius de arte. Et properantis aquae per amenos ambitus agros. Claudianus in 3. de consula. honorij. Cumq; suo vehemens expellitur ambitus auro. Altero vero est adiectiuum participiale media producta contra naturã sui primitiui (ambitum tu) quod a prępositione graeca an.i. circum & eo is componitur. Itaq; ambitus ta,tum. est circundatus ta tũ. Oui.1. Metha. Iussit & ambite circundare littora terrae. ¶ Dic ergo puer Ambitus vitijs est quem vafer ambitus vrget. Ambitus.

¶ Nona generalis regula de particulis se,di,re, & pro,in compositione.

Se,di,pro,ducens:breuia dirimo atq; disertus.

¶ Se,& di in compositione producuntur vt seduco,diduco,semoueo, dimoueo &c. Duę tñ dictiones latine corripiunt di.s. dirimo mis.i. diuido. Persius saty.1. Et qui ceruleum dirimebat nerea delphin. disertus ta, tũ,i, eloquẽs & facũdus. Hor. in epi. Foecũdi calices quẽ nõ fecere disertũ Se,& di. Dirimo Disertus.

Securus autem seorsum & cura componitur. Atq; ideo prima producta est sed hæc securis a verbo seco secas deducitur. Et ita primam corripit. Dic ergo puer. Non sunt securi qui præbent colla securi.

ℭ Re in compositione.

Lex, re, tibi breuiat: refert, res demere cogit.

Refert. ℭ Re præpositio inseparabilis in compositione corripitur vt reduco: resurgo, redeo &c. Sed refert impersonale verbum ex nomine res, & verbo fert compositum syllabam re, productam habet. Vergi. in Georg. Est numerus neq; enim numerum comprehendere refert &c. Significat autem quasi interest, vtile, aut necessarium est semperq; genitiuum efflagitat, preter hos quinq; ablatiuos, Mea, tua, sua, nostra, & vestra. Lucreti⁹. libro. 7. Quid nostri; iam pro me tua stultissime refert. Sed refert personale a refero priorem corripit. ℭ Dic ergo puer. Iuste pauca refert: cuius ditescere refert.

Refert.

ℭ Documentum.

Hæc reperi retuli repuli geminatio mutat.

ℭ Tria sunt verba quorum præterita & tempora inde formata nūc geminata consonante primam producunt: nunc præsentis naturam sequēdo eandem corripiunt vt a reperio reperi vel repperi. Vtrumq; Ausonius sic connectit in epygramma. At qui condiderat postq̄ non repperit aurum. Aptauit collo quem reperit laqueum. A refero fers rettuli vel retuli. Hora. in epist. lib. 2 Retulit acceptos regale numisma philippos. Catul. Si reditum retulisset is hoc in tempore lōgo. A repello lis. reppuli vel repuli. Claudia. in tertio. Consul. Hono. Vertit in authores & turbine repulit hastas. Ouidius in epi. Med. Quæq; feros repuli doctis medicantibus ignes. De supinis autem & inde formatis eadem est ratio. Lucretius namq; ait libro secundo. Ad rursum celi rellatum templa receptant. Iuuenalis vero aliter. Dixerit astrologus credent a fonte relatum &c. Hæc tuto potes imitari: sed alia sicut reficio: rescido: reduco: q̄ rarissime apud quosdam: inueniuntur tanq̄ in mari scopulus tibi fugienda sunt.

ℭ Differentia.

Compositum ex iacio duplum, ii, simplūq; docebit.

ℭ Compositum ex iacio iacis quoties duplex, ii, retinet primam syllabā positione longat: sed quoties vnum deponit eandem breuiat. vt reijcio cis. Verg. in Georg. Reijce ne maculis infulcet vellera pullis. Papin. libro quarto. Thebai. Tela: manu reicitq; canes in vulnus hiantes. Sic adijcio cis. Ouid. namq; ait. Adijce troianæ suasorem anthenora pacis. Martialis vero aliter libro primo. Si quid nostra tuis adicit vexatio rebus. Item abijcio vel abicio subijcio cis. vel subicio. cis. obijcio cis vel obicio cis. Et si qua sunt similia &c.

ℭ Differentia.

Græcum corripitur nostrum pro rite moratur.

¶ Particula pro in cōpositione græca corripitur:vt prologus,propheta,prolepsis,propōtis &c.Sed in cōpositione latina producitur,vt profero,proficio,protenus,procipio &c.Vide tamē accurate ne vel a prope descendāt sicut propero properas,properus,propinquus:vel simplicia sint:vt probo.probus,probrū : quia in talibus syllaba pro breuiatur. Pro.

¶ Exceptio.

Cum proficiscor erunt breuianda profecto,proteruus.

Et quę cella,nepos,neptis,fugio,fugo,phanum,

For,festum,fateor,fundus,componere cernis.

¶ Tredecim sunt dictiones latinę in quibus & in quarum deriuatis pro semper corripitur.Proficiscor ceris,profectussum:est vado vadis. Propertius libro tertio.Magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas. Profecto affirmandi aduerbium,est vtique vel certe.Horatius de arte. Partes in bellum missi ducis ille profecto &c. Proteruus,ua,uum. petulans & superbus qui omnia proterit & quasi pedibus conculcat. Ouid. de arte.Multa miser timeo quia fecit multa proteruus.Procello procellis.est procul & impetuose iacio.Lucretius libro sexto.Turbinis in mortem pronomit atq; procellit.Pronepos filius nepotis. Ouidius decimo Metha.Et Neptunus auus,pronepos ego regis aquarum. Proneptis filia neptis.Persius satyra vltima.Iā reliqua ex amicis patruelis nulla proneptis.Profugio,gis,est procul & velociter abscedo.Valerius flacc⁹ lib. duodecimo.Cōtingat mihi deinde mori,si fata profugit.Profugo,gas, est longe repello.Lucre.lib.9.Hunc recipit dominum sibi quem profugare solebat.Prophano,nas,rem sacrā impie & religiose destruo.Ouid. in epist.Scilicet omne sacrum mors importuna prophanat.Profor,aris aperte loquor.Verg.1.æneid.Tum breuiter dido,vultum demissa profatur.Profestus,sta,stum, dicitur de omni die,in quo priuatis publicisque negotijs operam nauare licet:vtpote qui nō est festus.Ausonius.Studiū puerile fatiscit.Læta nisi austeris varientur festa profestis.Turpiter igitur errant qui pro vigilia.festi profestum dicunt. Profiteor profiteris, professussum,est palam & aperte loquor.Ouidius de arte.Vtilitas lateat quod non profitebere fiet.Profundo,dis,est multum abundāterq; fundo.Ouid.de pontho.Dira procellosas scylla profundit aquas. Hic autē & vbiq; alias primitiua tantum pono, in quibus deriuata quoque intelliguntur:vt quemadmodum profundo primā corripit:ita etiā profundens,profusus,profusurus,profundēdus,profundus,da,dum.profusio, profusor &c.De alijs dic pari modo.

Proficiscor. Profecto. Proteru⁹. Cella Nepos. Neptis Fugio Fugo Phanum. Profor. Festum. Fateor Fundus.

¶ Documentum.

Mutant procuro,propello,propino,propago.

¶ Quatuor sunt dictiones latinæ in qbus & quarū deriuatis particula pro secundū metri cōmoditatē variatur.Procuro.as,est prouideo. Horat.in epist.Hęc ego procurare & idoneus imperor & non.Inuitus &c. Procuro.

Propello ¶ Tibulus ipse procurauit ne possent sęua nocere Sopnia. Propello lis longe vel multum trudo. Lucretius libro quarto. Atq; alium præ se pro pellens æra voluit. Idem. Est procul a tergo quæ prouehat atque propel

Propino lat. Propino, as alterum potu prouoco vel potandum fundo, Martialis in. xij. Hoc quoque nonnihil est quod propinabis in istis. Idem septimo

propago. Nemo propinabit calidiora tibi. Propago, as genero vel produco. Lucretius lib. i. Propagare genus posset vitamque tueri. Idem. Nec rationes fluunt alij stragemq; propagant.

¶ Differentia.

Vitis propago, suboles est dicta propago.

Propago ¶ Quanq̃ propago verbum pro quocunq; significato primã habet cõmunem, tamen propogo nomen bipharíam sumitur. Est enĩ vinea, tunc primam producit. Verg. Georg. 2. Syluarũq; aliæ pressos propaginis arcus. Est etiam progenies, tunc primam corripit. Verg. ęneidos. 6. Si Romana potens Italia virtute propago. ¶ Dic ergo puer. Cũ propago perit: Francona propago gemit.

¶ Differentia.

Est quęro procio; sed prouoco procio signat.

Procio ¶ Procio procis duobus modis accipitur. Vno enim modo est quæro quęris, tunc primam vbique & similiter secundam in supinis procitum procitu corripit. Ouid. in fast. Ingenti clamore procit quem passibus æquat. Altero vero est prouoco vel lacesso, tunc primam vbique & similiter secundam in supinis procitum procitu longat. Papinius in syluis. Hunc illum feriam quem tu procire vereris. ¶ Dic ergo puer. Illum nemo procit, qui cunctos verbere procit.

¶ Decima generalis regula de i, & o, in compositione.

I, vel o, corripies in partis fine prioris.

¶ Cõposita dictio cuius prior pars in i, vel in o. finit, siue latina siue gręca fuerit illud i, vel o, breuiat: vt Lucifer, omnipotens, sacrifico, belligero. Antidothon, entymema, chyroteca, leucothea, dorothea, &c.

¶ Exceptio prior.

Ire, vbi, scire, dies, ibi, si, vel tibia natum.

Et quod fit tantum ex casu producere debes.

Ire. ¶ Septẽ sunt dictiones in quarum compositis litera i, producitur. Ire, a quo Ilicet interiectio extremã rei necessitatẽ aut finem demõstrans. Vergilius ęneidos. 2. Ilicet obruimur numero primusq; chorebus.

Vbi Vbi, a quo vbiq;, vbidem, vbiuis, vbilibet &c. Mantuanus in epist. Diuitię regnant, paup̃ vbiq; iacet.

Scire Scire, a quo scilicet particula, vel ironiæ vel affirmationi conueniens. Persius saty. i. Scilicet hæc populo pexusq; togaq; recenti.

Dies. Dies a quo meridies, meridio, as, meridior meridiaris, pridie, postridie. Ennius libro secundo. Corpora lassa miser sua pane meridiat atro.

Ibi a quo Ibidem. Iuuenalis satyra.5. Vel si quando datur custos. affixus Ibi.
Ibidem. Si a quo siquis, siqua, siquod. Manthuanus ęglo.3. Siqua placent Si.
abeunt inimica tenacius herēt. Tibia, a quo tibicen, tibicina: tibicinor a- Tibia.
ris &c. Hor. de arte. Tibicen didicit prius, extimuitqꝫ magistrum.

¶ Hic autem adduntur omnia quę habent i, fine prioris partis. non ratione compositionis. sed solum ratione casus vt quanticunqꝫ: tantidem: eidem cuiqꝫ: q̄tilibet, q̄tiuis. qualicunqꝫ &c. quorum nominatiui sūt quātuncunqꝫ: tantundem: idem: quisqꝫ: quantumlibet: quantūuis: qualiscūqꝫ in quibus illud i, corripiendum non inuenitur ergo ratione solius casus longatur. Stat. vlti. theba. Quanticunqꝫ cruor cōstet desistere nescit. Mālius lib.2. Omne quidem signum sub qualicunqꝫ figura.

¶ Exceptio posterior

Minotaurus, leucopetra, theophila produc.

His lagopus ortodoxa geolophus addas.

¶ Sex dictiones compositę literam o: in fine prioris partis producunt. Minotaurus mōstrum quod myos rex cretensium & taurus ex pasiphę generaruut. Vergilius æneid.6. Minotaurus inest veneris monumēta nephande. Leucopetra nouus artifex. Martialis in epi. Hanc tibi sume togā quam leucopetra poluit. Theophila mulieris propriū, deitatis amatrix interpretatur. Ouid. in epi. Perfide nil curas ꝙ mœsta theophila plorat Lagopus velox, quasi leporarios habens pedes. Papinius in sil. Intentata quidem. Lagopus vulnera fugit Ortodoxus xa, xum. recte & vere docēs Prudentius Ortodoxa fides quæ dat pręcepta sequamur. Geolophus terre scrutator vt pote qui metallorum venas exquirit. Ouidius de ponto. Inspecta argutus tellure geolophus esset. Minotaurus. Leucopetra. Theophila. Lagopus. Ortodoxa.

¶ Documentum.

Quotidie, siquidem, geometra, vbicunqꝫ sit anceps.

¶ Quattuor dictiones habent i, vel o, in fine prioris partis variandum Quotidie: a quo quotidianus quotidiana quotidianū. Catul. ad manliū Quotidie
Cōiugis in culpa flagrauit quotidiana &c. Marti. lib.10. Lenis dropaca
tu quotidiano (Phaleuticum est carmen) Siquidem rationatiua coniun- Siquidem
ctio vel affirmationis aduerbium est. si, vel, quia, certe. Ouidius. iiij. fasto.
Hoc quo quæ tentemus siquidē ieiuna remāsit. Seneca i her. fu. Siquidē
nostros, peperit furores (Saphicum est) Geometer vel geometra terre Geometer
mensurator. Iuue. saty.3. Grammaticus rhetor geometer pictor aliptes.
Lucretius libro quinto. Quod petis emensa regione geometra dicet. Vbicūque
Vbicunque i, in omni loco. Mantuanus de alphonso. Flebilis irridetur: inops vbicunque locorum. Ouidius.8. methamor. Seruor vbicunque est vni mea gaudia seruo.

¶ Differentia.

Hoc breuiatur Idem, sed mas producitur idem.

¶ Idem quod ex pnomine is, & aduerbio demũ i, tandẽ, vel iterũ com ponitur in genere mascu. priorẽ pducit. Hora. in epi. Percũctatorem fu gito. nam garulus idẽ est. Sed pro neutro eãdẽ corripit. Perf. sat. 5. Cras hoc fiet idem: cras fiet quid quasi magnum. ¶ Dic ergo puer. Qui secũ est idem cor sibi seruat idem.

¶ Vndecima generalis regula de præteritis.

Primam præteriti cui bina est syllaba produc.

¶ Præteritũ duarũ syllabarũ priorẽ habet productã, vt vidi, fugi, legi, la ui, &c. De tpibus aũt a preterito formatis eadẽ est regula: vt videram, vi dissem, viderim, videro, & vidisse: de alijs pariformiter coniecta.

¶ Eceptio.

Do, bibo, findo, fero, sto, scindo, transita curtant.

Do. Bibo fido fero. Sto, scido. ¶ Sex preterita dissyllaba priorẽ corripiũt. dedi a do das. bibi. a bibo bi bis. fidi a findo dis. tuli a fero fers. steti. a sto stas. scindi a scido dis. De his autem in quibus vocalis immediate precedit vocalẽ sicut rui, lui, elui, &c In precedẽtibus satis dictũ est. Aduerte tñ ꝙ dedi preteritũ a do das, pri orẽ corripit: quã dedit presens a dedo dedis producit. ¶ Dic ergo pu er. Cui dis menda dedit vitijs sua pectora dedit.

¶ Documentum.

Præterito geminam rape, cedo, pedoq;, demas.

¶ Preteritum geminans primã syllabã habet vtrãq;: scilicet primam & secundã correptã: vt a pario ris. peperi, peperisti &c. A tondo is. tutudi. A pango gis. pepigi. a pungo gis, pupugi. &c. Sed cecidi a cedo. i. percu tio. & pepedi a pedo pedis. i. postico crepitum facio. Primã quidem bre uiant: sed secundã longant. Iuue. saty. 3. Ebrius ac petulans qui nullum fo re cecidit. Hora. Nam displosa sonat quãtum vesica pepedit. Inter ceci di a cado dis, & cecidi a cedo. differentiam ex hoc versiculo fac edisces. In bello cecidi multos tamen ante cecidi. Quicquid autẽ vel hic vel vsq; a libi audis vide legem deriuatiuorũ memoriã studiose cõtineas. Nã quod dicis de cecidi. Itidẽ est dicendũ de cecideram cecidissem ceciderim ceci dero & cecidisse. Neminem vero latere arbitror duarum consonantium positione debere pduci propterea in his. & similibus prima correpta se cunda longatur totundi, momordi, spopondi, pependi, tetendi &c.

Cedo. Pedo.

¶ Duodecima generalis regula de supinis.

Longa supina tene dissyllaba: parte priori.

¶ Supina duarum syllabarum priorem longãt, vt visum visu. iussum iu su, lesum lesu, vsum vsu. Et quæ inde deriuantur omnia.

¶ Exceptio.

Do,sero,eo,cieo,queo,vel sino,sisto,lino,sto,
Et reor,atq; ruo,fuo,sunt breuianda supinis.

¶ Duodecim sunt supina dissyllaba quę priorem corripiunt & quicqd inde deriuatur: Datũ tu, a Do das. Ennius. Iam negat ire datum quod ei promiserat olim. Satum satu a sero seris. Lucretius libro.xv. Currit turba satũ belli venientibus alis: Itum itu ab eo is. Lucil.lib.4. Non satis vxor erat: sed itum est in viscera matris. Citum citu a cieo cies, id est voco vel moueo. Manlius lib.4. Accelerare citum qui teq; tuosq; trucident. Quitum tu, a queo quis. Valerius flaccus.vj. Vi vel fraude quitum est sceleratas fingere causas. Situm situ a sino sinis, id est permitto. Corne. de vita Alexan. Ite situm quęcunq; volunt: pacem q; referte. Statum tu, a sisto sistis, id est confirmo, vel cõstituo. Stat. in theb. Ardes ire statum quod disperijsse nequibit. Litum litu, a lino nis, id est perfundo. Ouid. iij. lib. sine titulo. Non sunt ista litu potiora miserrime coniux. Statum tu, a sto stas Silius lib.x. Ite statum ad muros ardent cuneosq; tueri. Ratum tu, a reor reris, id est opinor vel existimo. Mant. in vita Nico. Non leuia ista ratu sunt quæ promittere tentas Rutũ tu, a ruo ruis, id est cado vel velociter curro. Lucre. lib.9. Trudebantq; rutum stygias truculenter in vndas. Futum futu, a fuo fuis, id est sum es est, quod ne in vsu esse dubites. Vergili' æneid. nono ait. Tros Italusve fuat nullo discrimine habebo.

Do. Sero. Eo. Cieo. Queo Sino Sisto Lino Sto Reor Ruo. Fuo.

¶ De primitiuis autem exemplatũ est: vt de eorum deriuatis similia cõcipias. Moneãtur ergo pueri: vt a supinis deducta animaduertant. Nam sicut datũ datu priorem breuiat: ita datus, ta, tum: daturus, ra, rum. Hic datus huius datus. hęc datio, onis. hic & hęc dabilis & hoc dabile. hic dator, hęc datrix &c. Tu de alijs modo simili practica.

¶ Documentum.

Staturus produc: & quod sto ponit in atum.

¶ Participium staturus, ra, rum, primam habet longam. Et quoties compositũ a sto stas habet atum in supino syllaba sta, tam in supinis q̃ in deriuatis producitur. Lucanus lib.2. Hinc acies statura ducum Cęsar ne Senatus. Sic obsto obstatum, tu, &c. Præsto prestatum, tu. Papinius.7.the. Quæ sic orsa prior spes ne obstatura pelasgis. Ennius. Præstatura fides quod non explebitur vnquam. Vbi vero eiusmodi composita mutant a in i, primitiui regulam seruant: vt cõstitutum, tu. Præstitum, tu. &c. Horatius septimo sermonum. Præstita sunt radice longis obtenta diebus. De dictione ambitus habes supra.

Staturus.

¶ Differentia.

De cio, produces quod de cieo breuiabis.

¶ Quanq̃ cieo, es. & cio cis eiusdẽ sint significati quod est voco vel moueo, syllaba ci in supinis & eorũ deriuatis tã in cõposito q̃ in simplici a cieo breuiatur q̃ a cio lõgatur & ita anceps dici potest. Ouid. 2. met. His

citus est phæton currus auriga paterni. Corne. de vita alex. Impetib⁹ magnis crudelem citus ad iram. Ouid. 2. metha. Nec fruitur somno vigilantibus excita curis. Luca. lib. 1. Rupta quies populi stratisque excita iuuentus. Pari modo de concitus, accitus, parcitus, & alijs dicendum.

¶ Documentum.

Vocalem præ tum, quod de vi, nascitur educ.

¶ Verbum mutās vi, preteriti in tum, supini producit vocalē ante tum quotecunque coniugationis fuerit: vt amaui amatum, moui motum, petiui petitum, audiui auditum. De deriuatis tamē annotato, quoties vocalis ante tum primitiui non mutatur, quantitatem primitiui seruat vt a dormitum dormitu dormito dormitas, dormiturio dormituris &c.
¶ Sed quando a, mutatur in i, contra primitiui naturam breuiatur: vt rogito rogitas, lectito, factito, scriptito, &c. a rogatum, lectatum, factatū scriptatum, &c.

¶ Documentum.

Voluo, obliuiscor, irascor, soluo, potitus
Dictis iunguntur: sed pectitum variabis.

¶ Quinque sunt verba que licet regularem formationē non habeant sub dicta regula debent contineri. Voluo voluis volui volutum. Obliuiscor obliuisceris oblitus tum. Irascor sceris iratus iratū. Soluo soluis solui tū. Potior potiris potitus tum, quorū significata satis liquere arbitror. Sed pecto pectis quia pexui & pectiui quondam in præterito habuit, mediā in pectitum pectitu, & in omnib⁹ que inde deriuantur habet communē Lucre. lib. 7. Fucatam pectita cutem stat forcipe curuo. Columella lib. xj. Verum ibi iam puro discrimine pectita tellus. Ne autem quid te fallit, Nota q͏ oblitum, tu, oblitus, ta, tum. oblitur⁹ oblitura rum ab obliuiscor mediam longam habet, quam ab oblinor neris, verbo passiuo, id est perfundor vel vngor, breuiat. ¶ Dic ergo puer. Oblitus erratis: oblitus sydera viuit. Vel sic. Est oblita deum turpibus oblita culpis.

Volno. Obliuiscor. Irascor. Soluo Potior Pecto.

¶ Decimatertia generalis regula de cremento verborum

Vltima vocalis quam dat persona secunda
Actiuæ vocis prima est crescentia verbi.

¶ Primum verbi crementum est vocalis quæ fuit vltima in secunda persona singulari præsenti indicatiua actiue vocis siue ficte siue proprie: vt amas, amabam, amaui, amaueram, amabo, &c. Doces, docebā, decebo &c Aliæ vero vocales media crementa appellantur: vt tertia in amaueram, docueram. Legebamus, audiebamus &c. Sed vltima syllaba crementum nunq̄ dici debet. In deponentibus autem & communibus actiuum suæ coniugationis fingito vt ab osculor, osculo osculas: a vereor vereo veres a sequor sequo sequis: a largior largio largis &c.

¶Crementum per a.

A,crescens longum est:sed primum do breuiabit.

¶A in omni cremento verbi producitur:vt amabamus,studebamus cri minabamur, &c. sed primum crementum in do das:& eius compositis venundo,pessundo,circundo corripitur:vt dabam,dabo,venundabam, venundabo,&c. Dico autem primum crementum per a, quia secundum vel tertiũ etiã longatur:vt dabamus,dederamus:& ita in compositis.

Crementum per e.

E,crescens longum forma quacunque repones.

¶Vtrunque crementum per e,siue sequatur r,siue non sequatur in quo- talibet coniugatione producitur:vt amauerunt vel amauere,amemus,a- mauissemus,amauerimus,docemus,docebam,docuerũt vel docuere,do- cebo.docerem docere.Legebam,legerunt vel legere,legemus,legissemus Audiebam,audierunt vel audiere,audiemus,audiremus, audiuissemus. Tu in passiua voce similiter practica.

¶Documentum.

Ram,rim,ro,beris,& præsens quod tertia donat.

Cum socio præterquam reris,semper e,curtat.

¶Regulas quatuor hic habes.Prima est,e,ante ram,rim, & ro,in omni cõiugatione breuiatur:vt amaueram,amauerim,amauero:docueram,do cuerim,docuero:audieram,audierim,audiero. ¶Secunda,beris & bere in futuro indicatiui vocis passiuę semper corripitur: vt amaberis vel be- re.doceberis vel bere.partiberis vel bere &c. ¶Tertio,e,crescẽs in prę- senti cuiuslibet modi tertiæ cõiugationis & in præterito imperfecto cõ iunctiui semper curtatur:vt indicatiuo Legeris vel legere,imperatiuo le gere,Optatiuo legerem vel legerer,prętertito imperfecto coniunctiui le gerem vel legerer.Infinitiuo legere. ¶Quarta reris & rere in omni cõ- iugatione producitur,vt amareris vel amarere. docereris vel docerere. legereris vel legerere.audireris vel audirere.

¶I.

I,tibi correptum flexu quocunque locatur.

¶Crementum per i,in omni cõiugatione breuiatur,vt amauimus ama bimus,amauerimus.docuimus,docebimus.legimus,legite,legerimus &c.

¶Documentum.

I,primum quartæ,non præteritum simul iui.

Et quæ sum,nolo,volo,dant producere debes.

¶Hic tres regulas habes. ¶Prima est:primũ crementũ per i,quartę cõ iugationis non præteriti temporis longatur:vt audimus,audite,audirẽ audire &c.Dico autem i,primum quia i,secundum corripitur , vt tertia

in audiuimus, & quarta in audiueritis &c. Dico etiā non præteritū: quia imus in omni præterito breuiatur: vt bellauimus, fleuimus, dormiuimus. Secūda regula iui semper longatur: vt quæsiui, petiui, dormiui &c. Tertia, crementum per i, in his tribus verbis sum, nolo, & volo: semper producitur: vt simus, sitis, nolite, velito, velimus, velitis &c.

¶ Documentum.

Sincopa vel rerum grauitas, hæc dogmata mutat.

¶ Nouissimæ duę regulę per sincopam vel grauitatem siue conuenientiam rerum plerunq; immutantur. Nam quierem, deflerem, implerē, & similia producunt e, quoties autem repentina quæpiam mutatio declaranda venit, poetę penultimam prēteriti perfecti tertiæ personæ pluralis numeri licentiose corripiunt. Hora. Epi. 4. Dij tibi diuitias dederunt artemq; fruendi. Sil. lib. 8. Terruerunt pauidos accensa ceraunia nautas. Verg. in Buco. Matri longa decem tulerunt fastidia menses. Idem secundo Gęorg. Miscueruntq; herbas & non innoxia verba. Verg. iij. æneid. Obstupui steteruntq; comę & vox faucibus hęsit. Vbi vero tediosa quędam mora significanda est penultimam prēteriti vel futuri coniunctiui modi primę vel secūdę personę pluralis numeri licentiosius producunt Ennius. Nec mi aurum posco: nec mi precium dederitis. Ouidius in epi. Vtilis hęc aram si dederitis erit. Idem. 4. de pontho. Et maris Ionij transieritis aquas. Ibidem. Consulis vt limen contigeritis erit. Hęc autem pluribus roboraui testimonijs contra meum institutum propter stultitiam vel potius dementiam multorum, qui in his & similibus necessitate carminis inuersam syllabæ quantitatem esse mentiuntur.

¶ O, & u.

O, longum: u, curtum est: de exortis consule norma s.

¶ Crementū per o lōgatur: vt amatote, legitote, auditote, &c. Sed crementū p u, semp breuiatur: vt possumus, volumus, quęsumus &c. De irregularib9 aūt speciales regulę disquirēdę sunt. vt ero eris, edam, es, &c.

¶ Decimaquarta generalis regula de cremento nominum.

Casus qui rectum transcendit, crescere fertur.

¶ Cremētum nominis est supra nominatiuum syllabæ crescentia vt hic puer huius pueri, hi pueri horum puerorum.

¶ Crementum primæ.

In prima produc ai, velut abus & arum.

¶ Primæ declinationis crementum tres habet terminationes: ai, vt pictai, neæai, aulai &c. Arum: vt duarum, famularum, animarum &c. Abus: vt duabus, famulabus, animabus &c. Sed semper producitur.

¶ Crementum secundę.

Orum, obus, tarda: reliquum rape præter iberi.

¶ Secundæ inflexionis crementum in orũ vel obus semp longatur: vt amborũ duorũ, ambobus duobus: quodcũq vero aliud i singulari numero breuiatur: vt viri, saturi, pueri, vnius, Orphei &c. Excipit iberi cũ suo composito celtiberi. Mar. lib. 7. Ille meas gentes & celtas rexit iberos. Orũ, obus. Iberi.

¶ Crementum tertiæ in a.

A, tibi donat atis, quod recte vertis in atum.

¶ Tertiæ inflexionis multiplex est cremẽtũ: ꝓpterea variatę assignãtur regulæ. Quarũ prima est. Nomẽ in a, breuiat⁹ atis, & atos: vt poema poematis, vel tos, sic dogma, enigma, ꝓbleuma, crisma &c. Qđ si mutetur in atum: declinationis secũdę ꝓducit: vt poematũ, dogmatũ, crismatũ &c.

¶ Onis, & enis.

Onis, & enis, ab o, produc, sed inis breuiatur.

¶ Nomẽ in o, sub triplici est differẽtia. quoddã eni habet genitiuum in onis: vt simo simonis, leonis, sermo nis, lectio nis, &c. quoddã i enis: vt anio anienis, nerio nis. quorũ penultima semp lõgatur: sed quod exit in inis breuiatur: vt virgo virginis, imago imaginis, siligo siliginis &c.

¶ O ante on.

Curtans nomen onis, proprio, solet on dare recto.

¶ Nomẽ cui⁹ noĩatiuus ꝓprie in on, & vsurpatiue in o, exit, onis, in genitiuo corripit: cuiusmodi sũt hęc, Vangion onis, Briton, Macedõ, Agamennon, Saxon &c. Quę in o, etiã quoq finiũtur: sed semp quãtitatẽ proprie terminationis retinẽt. Luca. in. 1. Vangiones Bathaniq truces quos ære recuruo. Iuue. xv. saty. Qua nec terribiles cymbri, nec Britones vnq.

¶ C, & D.

C, & d, longantur patrio bogudis remouetur.

¶ Genitiuus nominis terminati in c, vel in d, penultimam producit: vt alec, cis. Melchisedech, sedechis. abimelech, lechis. Dauid dauidis, sed bogud eandem rectius corripit. Martia. in episto. Alecem sed quam protinus illa voret. vbi nota alec in genere fœminino. Nanthua. in Epigramma. Pectore sacrifici melchisedechis erat.

¶ Al, el, il, ol, ul.

Elis, & olis, neutrum alis duc, cætera curta.

¶ Nomen neutrũ in al, vt aial, tribunal. vectigal, &c. In el, vt Daniel, Michael, Gabriel &c. In ol, vt sol, heliol, rephol &c. penul. gti ꝓducit: sed nomẽ in il, vt vigil, pugil, anaquil &c. Et in ul, vt cõsul, ꝑsul, exul &c. Eãdem corripit. Dico aũt i priore ptę regulę neutrũ & masculinũ penultimã gti corripit: vt Hãnibal balis, Hasdrubal, alis, belial, lialis &c. Quibus additur sal: qđ licet nũc genere neutro ꝓferatur, quõdã tñ masculinum fuit. Lucre. namq libro. 6. ait. Tempore nostra salem calido pulmaria quærunt.

¶ An, en, in, on.

Duc n, præter inis, tamen ex, on, consule vates,

¶ Nomen quod in n, litteram exit penultimā genitiui lōgat: vt pan, titan, pean, &c. Ren, lien, splen &c. Delphin, thrasin, eleusin &c. Hic tamē duo sunt īpedimēta. vnū ꝙ genitiuus in inis, semper corripitur: vt nois, luminis, fluminis &c. Alterū ꝙ nomē in on, tam varie apud poetas reperitur: vt de eo certa regula dari non possit. Nā vt breuitati studeam hæc solent ꝑduci. Babylon, Cytheron, colophon, sidon, damon, dolum &c. Hæc vero cōtra solent corripi: cicon, palemon, philemon, demon, canon agamennon &c. ter mile alia apud ꝓbatos authores inuenies quos in carmine cudendo tibi immittendos relinquo.

¶ Documentum

Edonius cum sydonio, variantur honeste.

Edon Sydon ¶ Licet edon & sydon penultimā genitiui rectius ꝑducant: eorū tamē deriuata edonius & sydonius secundā habent communē. Stat. in Theb. Concutitur rabido tellus edonia motu. Ouid. in fast. Ibat vt edonio referens trieterica Baccho. Verg. ęneid. 1. Obstupuit primo aspectu sydonia dido. Idem in quarto. Sydoniā picto clamidem circundata limbo. Est autē edon promonthorium Thracię olim Baccho cōsecratū. Sed sydō est vrbs Phœnicię, vnde vergiliana Dido nata perhibetur.

¶ Ar.

Ar neutris & nar produc, nectar, iubar aufer.

Nectar. Iubar ¶ Neutrū in ar, penultimā genitiui longat: vt torcular, calcar: lacunar, &c. Excipiuntur duo: nectar & iubar. Dico autē neutrū, quia alterius generis semp corripitur: vt Cæsar, amilcar, iaspar, bostar &c. Nar naris tū fluuius ꝑducitur. Epar vero si genitiuū epatis facit penultimam breuiat sed indeclinabile rectius poni arbitror.

¶ Differentia.

Lucrum tardatur. sed auis lucar breuiatur.

¶ Lucar bipharia sumitur. est eni lucrum quod ex lucro cōcipit & sacrificiū quoddā. tūc est gūis neutrius, & penultimam genitiui producit. Sta. in siluis. Viribus exhaustis nil lucanaris habetur. Est & auis quæ ante lucem modulari fertur. tunc est generis epycheni, & penultimā genitiui corripit. Corne. de vita Alexan. Argutas tacitus voces lucanaris audit. ¶ Dic ergo puer. Lucanare tuo pete pro lucanare victum.

¶ Er.

Er breuio. sed ter græcum biser, ticimer, ser,

Ver, erier, & iber, produc: mulier variatur.

¶ Nomen in er, tertię declinationis penultimā genitiui corripit: vt ancer anceris, aer aeris, asser asseris, &c. sed græcum nomē in ter, eandē producit, vt chreter teris, sother sotheris, panther eris, &c. Ether tamen excipitur: propterea sex nomina in textu penultimam genitiui etiam producunt. Biser biseris populus ponticus. Valerius flaccus libro quinto. Biseresque vagi philetæque a nomine dicta Littora &c. Ricimer ricimeris, proprium viri. Sidonius in primo panegyrico. Cum ricimere iacit quem cur nimis oderit audi. Ser seris populus, apud quem sirica lana colligitur aut vermis illam contexens. Vergilius in Georgicis. Velleraque vt folijs depectāt tenuia seres. Ver veris pars anni: illius principium est in Cathedra Petri. Vergilius primo Georgicorum. Vere nouo gelidus canis cum liquitur humor Montibus &c. Erier populus Germaniæ. Corne. de vita Alexand. Præcipitem rapidi fugiunt erieris ad vndam. Iber iberis, populus in Hispania & Armenia. Priscianus in perihegesi. Quem iuxta terras habitant orientis Iberes. Mulier vero quicquid blaterones multi contendant penultimam variat. Martia. enim corripit lib. primo Ametistinasque mulierum vocat vestes. Vbi enim pes quartus est Iambus qui in tali Scazontis genere spondeus esse non potest, Lucre. vero producit libro quarto. Siue virum subdoles, siue est mulieris origo, inficias tamē ire nolo & mulieris hoc loco adiectiue posse legi: sed quod alias sæpicule factū est ab eodem: sic quoque fieri nihil prohibet.

Biser
Ricimer
Ser
Ver.
Erier
Iber.
Mulier

¶ Or.

Or, produc, deme hinc neutrum græcum memor, arbor.

¶ Nomen in or, penultimā genitiui longat, vt pastor, amor, labor, &c. Sed neutrū in or, sicut æquor, marmor, &c. Et græcū in or, siue propriū siue appellatiuum, sicut Hector, castor, rhetor, anthenor, &c. Et hęc duo memor, arbor penultimam in obliquis corripiunt. Exemplorum plena vbique sunt omnia. In compositis autem a color, decus & corpus: sicut discolor, dedecor, tricorpor, & similibus consule simplicia.

Memor
Arbor

¶ Documentum.

Quando flectis ador, patrius recte variatur

¶ Quanquam grammatici nomē ador indeclinabile esse volunt, literati viri sępe declinant, & penultimam genitiui ponunt ancipitem. Vganius lib. 2. Illam sponte sacros adoris strauisse maniplos. Idem. Emicat in nubes nidoribus ador adoris.

Ador

¶ Ir, & ur.

Ir, flexum breuiamus & ur, solum excipe furem.

¶ Declinabile nomen in ir: sicut martir, prothomartir. Et in ur, sicut murmur, sulphur, guttur &c. penultimā genitiui corripit. Excipitur fur furis. Verg. in buc. Quid domini facient, audent cum talia fures.

¶ As.

As, atis, duc, præter anas, sed cętera curta.

¶ Nomen in as habens genitiuum in atis, penultimam genitiui longat: vt pietas tatis, veritas tatis, &c. Excipiuntur anas anatis, pro volucre, populo & morbo. Macer. Anseris aut anatis mixta pinguedine tauri. Alia vero in as, quæ non habent genitiuum in atis, penultimam corripiunt, vt palas, lampas, archas.

¶ Differentia.

Vas vasis longum: sed vas vadis est breuiandum.

Vas. ¶ Vas vasis est quicquid aliud ad humanum pertinens victum continet & penultimam genitiui producit. Ouid. in epi. Vase sub obscœno desipit omne bonum. Sed hic vas vadis est illa sponsio quæ fit ad comparandum die præscripto coram iudice, & penultimam corripit. Hora. primo serm. Ille datis vadibus qui rure extractus in vrbem.

¶ Es.

Es, etis, locuples, hæres cumque ære, quies, præs.
Et merces produc, reliquum breuiare iuberis.

Locuples. Hæres Aes Quies Præs Merces.

¶ Nomen in es, habens genitiuum in etis vt lebes, tapes. Chremes, Dares &c. Et hæc sex locuples, heres æs, quies, præs, & merces penultimam genitiui producũt, quam reliqua omnia in es tertij declinatus breuiant: vt miles, stipes, antistes &c.

¶ Is.

Is, rape: sed chremis, psophis, nesis, & itis,

Et quod ab in, vel ab is, datur ipsa poemata longant.

¶ Nomẽ in is, penultimã genitiui breuiat: vt puluis, cuspis, samnis, lapis &c. Sed quatuor noĩa in textu eandẽ producunt, & quodcũq; habet vel genitiuũ in itis, vt dis, lis, quiris, samnis, &c. vel nominatiuũ in in, & in is vt salamis, delphis, trachis, eleusis: quia pro eodẽ dicis salamin, delphin, trachin, eleusin. Est aũt Chremis tis, nomen Nymphæ quæ in Thessalia regnasse fingitur. Ouid. de trist. Pinguia formosę Chremitis in arua sequũtur. Psophis, dis, nympha, & oppidũ etiã Thessaliæ. Papinius. 4. Theb. Aephitios idem ardor agros Psophidaq; celsam Vastat &c. Glis tis, argilla, glis gliris animal, glis gliscis lappa: quorũ testimonia cuiusdam canis latratu percitus affatim in prima parte signaui. Nesis, dis, gygantis & fluuij nomen. Stat. in syluis. Saucius electe iacuit nesidis ad amnem.

Chremis. Psophis Glis Nesis

¶ Os.

Os, semper produc: præter bos, compos, & impos.

¶ Nomen in os, penultimam genitiui longat vt sacerdos, custos, flos, heros &c. Tria excipiuntur, quæ habes in textu.

Bos Compos Impos

¶ Vs.

Vdis, & vris, & vtis, ab us collataque produc.
Cætera corripies: ligus, intercus, & pecus addes.

¶ Nomē in us habens vdis in genitiuo,vt palus:fuscus,incus &c.vel vris vt ius,rus,mus,thus,&c.vel utis.vt virtus:salus:iuuentus. Et nomen cō-paratiui gradus vt maius,minus:peius,melius &c.Penultimam genitiui longat quam reliqua nomina in us tertiæ corripiunt vt phœnus : vlcus: vulnus fœdus &c.quibus tria in textu adduntur. Hic autem multorum significata pretermitto quia in prima parte sufficienter habentur. Ligus Intercus. Pecus

¶ S,post b,m,& p.

Conops,gryps,cyclops,europs,cecrops,simul hydrops

Pleps,seps,produco,reliquum post consona curtat.

¶ Octo nomina habentia s,post cōnsonantem vt puta b, m,p, penulti-mam genitiui longant quam relinqua omnia cūrtant vt Lelaps, cecrops princeps:adeps &c.conops conopis,est culex.Lucilius lib.tertio.Strata mihi misero fœdis conopibus vdant. Gryphs phis.animal satis famatū. Verg.in Buco.Iungentur iam gryphes equis euoq; sequēti &c.Cyclops pis.gygas vnicum mire magnitudinis oculum in media fronte habens cu iusmodi in Cicilia quondā frequentissimi fuisse peribentur.Verg.tertio æneid.Imphandi Cyclopes & altis montibus errāt:Europs pis: ciconio rum rex.Valerius flaccus libro.5.Europisq; domos regalia limina pulsat. Cecrops:pis populus in oriēte quem Iuppiter in simias mutauit. Ouid. 14.Meth.Cecropum exosus gentisq; admissa dolose Hydrops pis inter-cus aquæ.Sidonius libro secundo.Non requie fruitur quicūque hydro-pe laborat.Plebs plebis populus.Horatius in episto. Non ergo ventose plebis suffragia venor Seps sepis.hortorum clausula vel serpēs. Manthu. in buco.Transiliens sepem vix ora latrantia fugi. Conops. Gryphs. Cyclops Europs. Cecrops. Hydrops. Plebs Seps.

¶ T.

Tu cunctis cum compositis caput abreuiato.

¶ Vnicum est nomen finitum in t:caput cum suis compositis quod pe-nultimam genitiui breuiat.Hora.de arte.Humano capiti ceruicē pictor equinam &c.Persius saty.1.Occipiti ceco postice occurrite sanne.

¶ X,gis.

Vocalem præ.gis rape,frux,rex.lex.remouendo.

¶ Nomen quod erit in x,litteram habens gis: in genitiuo penultimam illius breuia .vt remex remigis.grex gregis coniunx coniugis &c.Demū-tur tria in textu quæ satis enotescunt. Frux. Rex Lex

¶ X,cis.

Ex quod icis format breuias,volo demere vibex.

¶ Nomen quod in ex:syllabam terminatur habens genitium in icis pe-nultimam illius corripit vt pulex culex:simex,polex:vertex:&c.Excipi-tur vibex.Persius saty.5.Si puteal multa cautus vibice fragellas. Vibex

Cætera produces vocalis quæq; feratur.

¶ Nomen in x, litteram finitum de quo nihil dictum est quæcunq; vocalis precedat x, penultimam genitiui longat vt pax: trax: audax: fex: mirmex vermex, fœlix, nutrix, victrix, atrox, velox, ferox, lux, halux, prorux &c.

¶ Exceptio.

Fax, & atax, similax, atrax, cum candace dropax

Sic abacis, colacis, silacis, panacis, stiracisq;,

Pharnacis, hæc bissena reor breuiare iubemur.

Fax. Atax. Smilax. Atrax. Candax. Dropax. Abax. Colax. Silax. Panax. Stirax. Pharnax.

¶ Duodecim nomina in ax: penultimam genitiui corripiunt fax facis teda translatiue calor, Persius saty. 1. Nunc face supposita feruescit sanguis & ira. Atax atacis narbonis fluuius. Claudi. libro. 2. de conso. Iam fluctus atacis cursu peruincere tentet. Smilax smalacis vel vt alij volūt similax similacis per tres syllabas arbor est de genere taxi album producens florem. Ouidius quarto meth. Et crocon in paruos versum cū similace flores. Ibi tamen & similace per quattuor syllabas legi potest vt pes quintus sit proseleumaticus ex quattuor breuibus. Atrax atracis fluuius est ætholie & vrbs macedonie. Catullus. Smirna cauax atracis penitus mittetur ad vndas. Candax candacis insula candida & ęthiopie regina. Bapti. manthu. de matheo. Atq; apud eunuchum reginę candacis acto. Dropax dropacis vnguentum quo mutilata membra peruncta sanantur. Seren⁹ Necnon apposito curantur dropace membra. Abax abacis, mensula est super quam numerare solent. est & celatorium super quod mulieres suā vasa stannea & ærea ad decorē domus constituunt. Iuuenalis saty. 2. Ornamentum abacis necnon & paruulus infra. Colax colacis. nomen parasiti apud Plautum. Claudianus. Ne colacis vanos prudens imitere labores Silax silacis nomen scurre etiam apud Plautum. Ausonius in epigrāma. Quid silacis dicam nō exaturabile guttur. Hęc panax panacis genus herbæ. Columella libro. 12. capite tertio. Nūc medica panaces lachryma succoq; salubri. Styrax styracis, arbor & vnguentū quod inde fluit. Serenus Aut styracem tornes aut duri vulturis alam. Pharnax pharnacis. proprium nomen viri. Lucanus libro secundo. Tygraneq; meum nec pharnacis arma relinquas.

¶ Documentum.

Vt reseco breuias resecem curtare moneris.

Resex.

¶ Vnum est nomē in ex syllabam. Resex: quod penultimam genitiui breuiat sicut reseco resecas: a quo descendit. Bapti. Manthu. libro. 1. parthe. ma. Tum genitor meditans resecare piacula tante: Columella libro sexto. Non omnes resecces grauibus protriuit aratris

¶ Exceptio

Coxendix, histrix, & onix, cum fornice mastix.

Pix.illix,varix,& erix,cum natrice,vix,nix,
Et filicis,calicis,cilicis,salicis,laricisq́;
Hæc dena,& septem tantum breuianda teneto

¶ Decem & septem sunt nomina in ix:syllabam terminata quæ penultimam genitiui corripiunt.Coxendix coxendicis pars tibię quæ & coxa vocatur.Serenus.Clausa acies inter gemine coxendicis vmbras. Hystrix hystricis.spinosus aper quem porcum spicatū galli appellant.Calphurnius. in buco.Venit & hirsuta spinosior hystrice barba. Onix onicis.preciosa est gemma & vngula.Lucretius lib.2. Quid digitis onicem diamantaq́; ferre iuuabit.Fornix fornicis:quadrata cauerna in qua meretrices quondam prostabant:atq́; ideo pro lupanari sumitur.Bapt.Manthua.contra impudi.scrib.Ante cauernosi fornicis antra locas.Mastix masticis est illa rhesina quæ ex lentisco manat.Serenus.Masticus addētur iam fractę milia farra.Sed hic mastix huius mastigos:est flagellator.Vnde zoilus homeromastix quasi homeri tortor & flagellator dictus est. ¶ Dic ergo puer ¶ Impius egrotat sumpta de mastice mastix.Pix picis quod ex picea arbore nigrum defluit.Vergilius Georg.1. Et picis in morem digitis lente scit habendo.Illix illicis.adiectiuum:est illiciens & blanditijs attrahens. Ouidius de arte.Illicibus vrbis oculisq́; procacibus instat.Sed illex illicis est conductus aquarū per quem de loco ad locum aquę eliciuntur.Lucretius libro.7.Illicibus disquirendis iuuat vsq́; morari.Hoc igitur posteriꝰ sub priori comprehendas .Varix varicis vena supramodum intumescēs quæ nimia statione solet generari Lucius libro.3. Varicibus succisa labat frontemq́; residit.Erix ericis,rex,mons & vrbs Sicilie . Vergilius primo æneid.Siue ericis fines regemq́; optatis acestem.Natrix natricis:serpens in aquis solitus morari.Lucilius libro secundo . Si natibus natricem impressit crassam & capitatam.Sed natricis verbale nomen a no nas.penultimam(quod satis notū est)producit. ¶ Dic ergo puer . Natrices fatuę natrices plærumq́; tumescunt.Vix vicis(cuius nominatiuus in vsu rarus est)alternam quandam vicissitudinem significat.Verg.6,æneid. Hac vice sermonum roseis aurora quadrigis.Nix niuis satis claret. Fortunatꝰ de virgine.Tu niue,candidior tu cygno purior albo.Hęc filix cis.herba tot & tam tenues habens radices vt penitus nequeat euelli. Verg. Geor. secūdo.Et filicē curuis inuisā pascit aratris Calix calicis:vas ligneū. Ouidius quinto fasto.Stant calices minor inde fabas bolus alter habeat.Cilix populus cilicie.Cornelius de vita alexandri.Vētum est ad cilices vbi martia prælia surgunt.Salix salicis,species arboris.Vergilius in buco.Et fugit ad salices & se cupit ante videri.Larix laricis:arbor cuius lignum ne igni quidem consumi posse fertur.Lucanus libro nono.Et larices fumoq́; grauem serpentibs vrunt.

Coxēdix. Hystrix. Onix Fornix. Mastix. Pix Illix Varix Esix. Natrix. Vix Nix Filix. Calix. Cilix. Salix. Larix

¶ Alia Exceptio.

Semper cappadocem,cum voluoce,precoce curta.

Capadox. Voluox. Precox

¶ Tertia sunt nomina in ox finita quae penultimam genitiui breuiant. Cappadox populus cappadociae. Persius saty. sexta. Cappadocas rigida pingues pauisse cathasta. Voluox cis. vermis tam condensus vt magis volui q̄ serpere videatur. Sidonius. Voluocis in morem ceruice rotatur obesa. Precox cis. prematurus tura turum. Calphur. aeglo. 2. Insita precocibus subrepere persica prunis.

¶ Alia exceptio.

Nux, crux, atq; volux, trux, dux, breuiare solemus.

Nux. Crux Volux Trux Dux

¶ Quinq; sunt nomina in ux, quae penultimam genitiui breuiant. Nux cis. tam arbor q̄ fructus. Persius sat. 1. Aspexi & nucibus facimus quecūq; relictis. Crux cis genus suspendij quod redēptor noster sua morte cōuertit in gloriam. Hora. in epist. Non hominem occidi non pasces in cruce coruos. Volux volucis est lepus velocitate sic dictus. Lucilius lib. nono. Tu volucres tacitis solers rimare latebris. Trux trucis crudelis. Hora. in episto. Ira truces inimicitias & funebre bellum. Dux ducis: qui vel quae ducit. Bapti. Manth. parth. mari. libro. 1. Te duce vela damus portus habitura secundos.

¶ Documentum

Pistrix atq;, siphax, bebrix, phoenix variabis.

Pistrix. Bebrix Phoenix

¶ Quattuor nomina in textu penultimam genitiui variant. Pistrix sydus, piscis & nauis. Cicero in arato. Semiferā subter caudam pistricis adhesit. Cornelius de vita Alexā. Pistricis ad radios spectabat nocte serena. Est autem pistrix quandoque verbale nomen pro muliere quę pinsit sed tunc sine controuersia semper penultimam lōgat. ¶ Dic ergo puer. Pistricis famule non spectant pistricis ortum. Siphax proprium viri. Claudianus de bello gildonico. Compulimus durū siphacem fractūq; metellum. Properti⁹ libro tertio. Hānibalis spolia & victi monumenta siphacis. Bebrix populus bebricię. Valerius flaccus lib. 2. Bebricis & scytici procul inclementia sacri. Sillius lib. 3. Possessus baccho seua bebricis in aula. Phoenix phoenicis: auis semper vnica quae series centū & quinquaginta annos viuere fertur: mortis autem appropinquanti tempore cōgestis in nido cremalibus lapidem ex nidia querit quo pēnis concusso ignis prodijt qui phoenicem exurit de cuius cinere nouus phoenix protinus exoritur. Lucretius libro. 11. Omne nemus lustrans gaudet phoenice reperto Lucilius in epigram. Phoencis annosam valeas pertingere vitam.

¶ Differentia.

Velox longandum malus est pernix breuiandum.

¶ Pernix pernicis pro veloce a deponēti verbo pertinor pertineris descendit & penultimam genitiui longat. Baptista manthua. de marg. Hęc fera pernici rapitur per deuia cursu, sed pro scelerato ab actiuo verbo

perneco perneeas originem habet,& penultimam genitiui breuiat. Phi lelphus in satyris. Pernicibus dextris & iniqua fraude laboras. ¶ Dic ergo puer. Pernicis linguæ pueri, sunt pernicis astus.

¶ Documentum.

Casibus in reliquis genitiuus quanta docebit.

¶ Quantaq; est penultima genitiui tanta est & sequentium casuum in vtroque numero: vt crucis, lucis, sy phacis &c. Quę vna pręceptio in cunctis diligenter practicanda est.

¶ Crementum plurale trium declinationum.

E, crescens produc, pluraliter i, vel u, curta.

¶ Crementum in numero plurali per i, vel u, breuiatur: vt fratribus, matribus, verubus, quibus &c. sed crementum per e, longatur: vt rebus, diebus, &c.

Τέλος.

In te IESV spes mea recumbit.

¶ Petri Pontani Cæci Brugensis In Artem Versificatoriam Liber secundus, de Figuris, pedibus & carminum nobis necessariorum regulis.

¶ Ellipsis.



Scandere si quęris recte vel cõdere carmẽ:

M, cum vocali quando subit altera tolle.

¶ Scansio est legitima singulorũ in versu pedum distinctio. ¶ Et dicitur a scando dis: quia sicut per scalas paulatim ascẽdimus, ita per pedes in carmine tractim progredimur. ¶ Siue ergo scandas, siue versum cõdas m, cum sua vocali detrahendum est in fine dictionis quando sequens dictio a vocali sumit exordium. Verg. in Buco. Quantum omnis mundus gaudet cantante Sileno. Est autem tunc figura quæ græce Ellipsis dicitur, quam sic diffiniunt.

¶ Ellipsis est m, literæ cum sua vocali detractio, quoties dictio aliqua in m, literam desinit, & dictio sequens a vocali sumit exordium. Nam ellexo desero vel relinquo significat.

¶ Synalepha.

Finis vocalem perimes alia subeunte.

¶ Vocalis etiã in fine dictionis ab altera immediate sequenti absumitur & synalepha grece vocatur, quæ est vocalis detractio, quoties in eam dictio desinit, & sequens ab ea inchoatur. Dicta autem est a sin. i. con, & lephe. i. pressio, quasi vocalium compressio. Bapt. Parth. Ma. 2. Virtute loqui facile est virtutibus vti Hoc Sansonis opus &c.

¶ Hypermetrum.

Ellipsis, synalepha, & syncopa, hypermetra purgant.

¶ Hypermetrũ est carmen quod vna syllaba in fine abundat: & fit præcipue trib9 modis. Primo p Ellisin quando syllaba abũdans terminatur in m, & versus sequens inchoatur a vocali. Verg. Georg. 1. Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorẽ, Sequitur, Et foliis vndã &c. Iuue. saty. 2. Nupto senatori comitata est hippia ludũ, Sequitur, ad Pharaon &c. Secundo per synalepham quando syllaba abundans desinit in vocalem & versus sequens a vocali habet initium. Verg. Georg. 2. Inseritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida, Sequitur, Et steriles platani &c. Idẽ primo æneid. Iactemur docens ignari hominumq; locorumq;, Sequitur; Erramus &c. Itaq; in his & similibus syllaba superfluens a sequente vocali absumitur. Tertio per syncopam quando dictio trium syllabarum vltimã carminis sedem occupat per duas syllabas proferenda est, vel eo quod neque in m neq; in vocalem ipsa desinit, vel eo q versus sequens a cõsonante incipit. Verg. in Buco. Non tantum rhodope miratur & hismarus orphea, Sequitur, Quantum omnis mundus &c. Hæc tamen excusationi magis, quam imitationi congruunt, nisi in opere grauissimo.

¶ Collisio non obseruata.

Si nostris quondam est substractio dempta poetis

Aut grauitas, aut vocalis, correptio fecit.

¶ Vetustos apud poetas neq; ellipsis neq; synalephæ regula obseruabatur. Ennius nanq; ait, Insignita feretrũ milia militũ octo &c. Itẽ Lucre. lib. 1. Quantũ corporũ in plumbo est, tantũdẽ pondere pars est. Et aliis mille in locis. Sed apud recẽtiores quos habem9 imitari duob9 tãtũ modis hęc detractio admittitur. Vno ppter sentẽtię grauitatẽ. Verg. in Buco. Et succus pecori & lac subducit agnis. Idẽ. Stãt & iuniperi & castaneę hirsutę. In quib9 & similib9 multis collisio prętermittitur, vt maior in amore lãguor declaret. Altero modo ppter vocalis correptionẽ, quasi in eadẽ dictione obuiaret alteri. Verg. in buc. Et longũ formose vale vale inquit Iola. Idẽ. Clamarent vt littus hyla hyla omne sonaret. Hæc autẽ nota: sed caue nisi in magno opere imitari, quia nunc vitiosa sunt.

¶ S, in fine dictionis male absumi.

S, de fine olim multi: nunc nemo retractat.

¶ Pleriq; veterũ satis stulte s, literam in fine dictionis absumebant. Catullus eñ in vltimo sui opis versu ait. Affixus nostris tu dabi suppliciũ. Et

Lucilius lib.1.saty. Quam neq lucanis oriundi montibus capris: sed hæc caue imitari: quia apud nos s, nisi q̃ in fine dictionis absumitur. q si obijcias illud Vergilij in Georg. Aut ouiũ fœtus aut vrẽtes culta capellas: vel illud eiusdẽ in Aeneid.12. Inter se coijsse viro & decernere ferro. Vtrũq mendosum esse censeo. Prius siquidem legitur, Aut fœtus ouium, aut vrentes culta capellas. Posterius vero sic, Inter se coijsse viros & cernere ferro, vt sit dictio simplex pro composita.

¶Vocalis pura.

Vocalis si sit mera dictio non perimatur.

¶Quando vna vocaliũ a,e,i,o,u, plenã constituit dictionem licet vocali obuiet, nõ debet absumi siue producatur siue corripiatur. Tibulus nãq ait. O ego ne possem tales sentire dolores. Ver. vero inquit. Te Coridõ o Alexi, trahit sua quẽq voluptas. de similibus pari modo est dicendum.

¶Synęresis.

Scandendo prouisa tibi synęresis esto.

¶Synęresis est duarum syllabarum naturaliter diuisarum in vnam contractio: & dicitur a syn, quod est con, & heresis diuisio, quasi diuisarum syllabarum coniunctio, vt huic per vnam, deinde per duas, comprehendo per tres syllabas &c. Hæc autem apud probatissimos authores locum frequentissime habet: præsertim in his quæ sequuntur dictionibus ij, ijsdem, deorsum, seorsum, prehẽdo: prout, dehinc, semianimus, deest, huic cui: dij, dijs, dehinc, dehin, &c. Has ego enumeraui potissimum: quia multę prohibẽtur. Verg. namq ait in Buco. Cui pendere sua patereris in arbore poma. Et Ouid.4.trist. Cur quoties alicui chartæ sua vincula dempsi. sic alijs trecẽtũ in locis reperire est. ¶Quædam tamen sunt quę per synęresim apud poetas proferuntur: quibus vti nõ licet: vt aluearia per quattuor syllabas apud Vergi. Thesei p duas apud Ouid. de reme. Prior namq ait in Geor. Conditur & lento aluearia vimine texta. Posterior vero inquit. Notus amor Phędriæ, nota est iniuria Thesei. His igitur & similibus quę pasim occurrunt non vtemur nisi forte tanta fulti authoritate quanta doctissimi illi viri quondam fuerunt.

¶Dieresis.

Carminibus dubium plærumq dieresis affert.

¶Dieresis est vnius syllabæ in duas partitio. Latine enim diuisio explicatur pro qua facilius cognoscenda duas notabis regulas. Vna est. Quando i, & u, in eadem syllaba vel alijs vocalibus, vel sibi præponuntur: consonantes fiũt: vt iuno: ieiuno, venus venio, iustitia, viuo &c. Altera vero est u, post g, q, & s, vim perdit litterę: neq eni vocalis neq cõsonans dici debet: vt sanguis, lingua, aqua, quamq̃, suauis, suadeo, &c. quando gitur in his syllaba poeticæ diuiditur per dieresim debet excusari: vt sępius in

verbis soluo, voluo, suadeo, sueo, es, fieri solet: cuius rei exēpla sunt. Ouidius de arte. Nunc quoq; te dixi persoluenda mihi. Catullus de coma berenices. Condita quum veri pectoris euoluunt. Stat. I. Theba. Immo agite & positis quas nox inopia suasit. Lucanus. 2. Fundat ab extremo flauos aquilone sueuos, & ita in multis alijs reperies. sed parcissime vel nūq̄ hac imiteris. eius namq; figurę vsus nunc prope exoleuit.

¶ I, vocalis vbi male putatur esse consonans.

I, præ vocali dirimes græcis & hebreis.

¶ I, littera ante alias vocales in primis syllabis græcarum & hebrearum dictionum nunq̄ est consonans (vt litterarū ignari putant) sed per se syllabam diuisa constituit sicut Iacobus Ioannes, per quattuor syllabas: Iesus, Ioseph, Iaspis, Iambus &c. (per tres syllabas) Iob, Iiex &c. (per duas) exempla sunt Claudianus in episto. Ne laceres versus dux Iacobe meos. Baptista Manthu. Catha. 2. Primus Ioannes rigido velamine capræ. Baptist. Mantbua. I. Parthe. Ma. Strennuus indigenas populos abigebat Iesus. Idem. Sic alacer Sanson sic & famosus Ioseph. Idem. Colla, virens & multa sinus ornabat iaspis. Hora. de ar. syllaba longa breui subiecta vocatur iambus. Sedulius de pa. fortis Iob nostros prudenter corrigit actus. Cornelius de vita alexā. Per lybicos feuibat iex truculēta penates. Quisquis igitur secus aut legit aut scribit manifesto hallucinatur.

¶ Carmen quid est, & quot modis dicitur.

Hic ego condendi de norma carmina edam
Quod vario tamen authores cognomine dicunt.

¶ Restat vt de carmine cudendo nonnihil dicamus quod generaliter sic explicatur. ¶ Carmen est oratio quæ strictiori pedum lege coercita ornatissimum dicendi genus continet. ¶ Et dicitur a nomine Carmentis quæ fuit mater Euandri: mulier tam fatidica vt canendi ritum in publico prima extulerit. Ad quam est illud Ouidij. I. Fast. Ipsa moue quæ nomen habes a carmine dictum. Prius autem eiusmodi compositio nō carmen, sed alio quodam vocabulo dicebatur. Itaq; metrica strictio viginti nominibus apud poetas inuenitur appellari. ¶ Quorum primū est Carmen. Boetius de consolatione Philosopho. libro. I. Carmina qui quōdā studio florente peregi. ¶ Secūdum est modus: quia certū pedum moderatione constat. Idem. Flebilis heu mœstos cogor inire modos. ¶ Tertium est Numerus: quia certo pedum numero perficitur. Persius saty. I. Sed numeris decor est & iunctura abdita crudis. ¶ Quartum est Canticum, quia vt inquit Cęsar. Qui bene legit carmina, bene cantat. Qui vero male cantat, male legit. Lucretius libro. 7. Dulcia facundis cecinerūt cantica linguis. ¶ Quintum est Versus, a vertendo: quia in similes pedes assidue euertitur. Ouidius de arte. Quicquid conabar dicere versus erat.

¶ Sextum est Pes:vt sit pars pro toto:quia certis pedibus constituitur. Bapt. contra impudi. Quæ canat heroo sacra deumque pede. ¶ Septimum est Musa:quia a Musis præcipue repertum creditur. Vergilius in Bucolicis. Syluestrem tenui musam meditaris auena. ¶ Octauum est Camena:quasi amene,id est suauiter canens. Horatius primo epist. Prima dicte mihi summa dicende camena. ¶ Nonum est Oda:id cantus. Martialis in epistolis. Sed nunquam nostris auribus oda placet. ¶ Decimum est Lusus:quasi ludendo profertur. Ouid. in episto. Si ferres aliquo saltem mea gaudia lusu. ¶ Vndecimum est Cymbalũ:quasi multi pedes vna cõsonent. Lucilius vndecimo. Quid faciam reris?demens hęc Cymbala tẽpsit. ¶ Duodecimum est Cõcentus ratione fere eadem. Statius in Thebaide. Cõcentus spirate nouos:spirate furorem &c. ¶ Decimumtertiũ est Lyra:quasi cythara aptum cantari. Mantuanus contra impudice scribentes. Desine pone lyram vates insane:nec vltra &c. ¶ Decimumquartum est Cantus. Statius Achilleidos primo. Diua refer quanquã acta viri multum inclyta cantu &c. ¶ Decimumquintũ est Canor oris. Ouid. de tristibus. Non est quæ tali lingua canore sonet. ¶ Decimumsextum est Dictamẽ:quasi pręceptore dictante a discipulis scribatur. Claudianus in epigrammatis. Paruula iucundo capies dictamina vultu. ¶ Decimũseptimum est Sonor. sonitus,vel sonus:Horat. de arte. Legitimumq; sonum digitis callemus & aure. ¶ Decimumoctauum est Modulus,modulatio,vel modulamẽ. Verg. in Coppa. Ingentes modulos referam modulamine paruo. ¶ Decimumnonum est Iubilum:quod ad rusticanos maxime pertinet. Silius libro. xiiij. Ethneus scopulis audiuit iubila cyclops. ¶ Vicesimum est Metrum grece:quod mensura latine effertur. Quint. lib. i. instit. Poetas metri necessitas excusat. Pleraque autem similia fingi possunt. Sed tu his mecum contentus eris.

¶ Octo pedes necessarij.

Versibus edendis qui nostro more canuntur
Securus pedibus tantum bis quatuor esto.

¶ Octo sunt pedes qui sufficiunt & necessarij sunt componendis huius seculi versibus. ¶ Spondeus, Pyrrhichius, Trocheus, Iambus, Dactylus, Anapestus, Proseleumaticus, & Choriambus. Qui autem plures cupit ex alijs quęrat. Nõ etenim studeo bullatis vt mihi nugis, Pagina turgescat. ¶ Est autem pes debita syllabarum connectio quibus carmen sicut animal pedibus graditur.

¶ Spondeus & Pyrrhichius.

Bis longam spondeus habet: Pyrrhichius obstat.

¶ Spondeus per tres syllabas,duabus syllabis longis constat. Vt nostre, audi, fletus. Pyrrhichius vero cõtra,duab⁹ breuibus perficit:vt pie deus.

¶ Dicitur autem spondeus a sponde, id est libamen vel sacrificium quia celebrandis deorum solennijs pes quondam aptissimus fuit. Sed pyrrhichius a Pyrrho filio Achillis denominatur: quia primus tali pede saltationes in græcia docuit promoueri.

¶ Trocheus.

Longa breuisque trocheon agunt: quas vertit Iambus

¶ Trocheus per tres syllabas priore lōga & posteriore breui syllaba cōstat: vt dulcis, christe, pasce. ¶ Et dicitur a trocho, id est rota: quia rotatim in versu decurrit. Sed Iambus etiā per tres syllabas cōtra, priore breuj & posteriore longa syllaba cōstituitur: vt tuos, parens, iuua. Et dicitur a iambizin, id est a maledicendo: quia maledictionibus & execrationibus maxime congruit.

¶ Dactylus, & Anapestus.

Longa, & bis breuibus fit dactylus, hoste Anapesto,

¶ Dactylus prima producta syllaba & duabus correptis efficitur vt protege, conditor, omninm. Et dicitur a dactylis chretæ populis apud quos inuentus fertur. Sed Anapestus duabus primis syllabis correptis & tertia producta constat: vt famulos, opifex, releua. Et dicitur ab anapin, id est a repercutiendo, quia sonitu reciproco dactylum repercutit.

¶ Proseleumaticus & tribrachus.

Bis duo dat proseleumaticus: tria tribracus acta.

¶ Proseleumaticus quatuor actis. i. breuib⁹ conficitur: vt humilium: parietem, recolite. Et dicitur a proselemum, id est ab hortando siue suadendo: quia hortatione in qua est celeritas optime competit. Sed tribrachus tribus breuibus constat: vt humilem, dominus, releuat. Et dicitur a tris, id est tres: & brachis, id est breuis quasi trium breuium collectio.

¶ Hexametrum carmen.

Dactylus hexametri quinta spondeus in ima.

Sede datur: reliquis tibi semper vterlibet esto.

¶ Hexametrum carmen est quod sex pedibus decurrit. Et dicitur a hexa quod est sex, & metrum mensura, quasi sex pedum mensuratio quorum quintus dactylus, & sextus spōdeus semper esse debet. Alij vero quatuor tribus modis variantur. Vel enim sunt omnes dactyli. Verg. æneid. 8. At tuba terribilem sonitum procul ære canoro. Vel sunt omnes spondei. Idem primo. Luctantes ventos tempestatesq; sonoras. Vel mixtim collocantur. Idem ibidē. Musa mihi causas memora quo numine læso.

¶ Regulæ exceptio.

Hexametri legem grauitas plerunque retractat.

Sed rectam teneant bene cusa poemata normam.

¶ Quanquam hæc hexametri versus regula generalis: & vbique obseruanda est: poetæ tamen in quibusdam paucis illam quandoque infringunt quod pręcipue sedecim modis effectum comperio. Primo causa repente mutationis in ablatiuo eodem vel eadem: in quo mediam exlegiter corripiunt. Vergilius in Bucolicis. Vno eodemque igni sic nostro Daphnis amore. Lucretius libro quinto. Lege eadem debent populi proceresque teneri. Secundo causa maximi vel gaudij, vel doloris, vbi spondeus in sede quinta locum dactyli occupat. Vergilius in bucolicis. Chara deum suboles magnum Iouis incrementū. Idem æneidos secundo. Constitit atque oculis phrygia agmina circunspexit. His duobus modis in magno opere licet parce vti. Tertio vbi secundum locum pro spondeo iambus habet. Verg. sexto æneid. Liminaque laurusque dei totusque moueri. Quarto vbi tertiam sedem iambus loco spondei occcupat. Verg. in buco. Omnia vincit amor: & nos cedamus amori. Quinto vbi quartum locum iambus tenet. Verg. nono æneid. Dona dehinc auro grauia: sectoque elephanto. Sexto vbi iambus quintam sedem loco dactyli habet. Vergilius in Gæor. Muneribus tibi pampine o grauidus autumno. Septimo vbi pro spondeo iambus sextum tenet locum. Verg. æneid. quinto. Mortem contemnunt laudato vulnere getę. Octauo vbi proseleumaticus pro dactylo sedem primam habet. Vergilius æneidos vndecimo. Genua labant vastos quatit ęger anhelicus artus. Nono vbi proseleumaticus secundum vsurpat locum. Verg. æneid. 2. Hærent parietibus scalæ postesque sub ipsos. Decimo vbi proseleumaticus tertiam habet sedem. Lucre. lib. vlti. Ingenui cordis opera non sunt danda ruinis. Vndecimo vbi proseleumaticus quintum occupat locum. Verg. in buco. Tytire pascentes a flumine reice capellas. Duodecimo vbi anapestus primum tenet locum. Vergilus Gæorg. 1. Fluuiorum rex eridamus camposque per omnes. Decimotertio vbi tribrachus secūdam habet sedem. Luca. 1. Dum sanguis inerat dū vix materna peregi. Decimoquarto vbi tribrachus tertium tenet locum Verg. ęneid. 2. Telorum obruimur: oriturque miserrima cedes. Decimo quinto vbi tribrachus locum dactyli in regione quinta occupat. Verg. 8. æneid. Addidit & nate turnique canit hymeneos. Decimosexto vbi trocheus secundam occupat sedem. Iuue. saty. 6. Quis nescit aut quis non vidit vulnera palli. Isti autem quatuordecim vltimi modi & illorum similes si egregios apud authores inueniantur: studiose quidē excusandi: sed nullo pacto imitandi sunt, Libenter tamen cum Terentiano loquar, qui ait Rarum concedam fieri nunc posse negabo.

¶ Hexametri carminis decorum.

Præceps, tardum, arctus, sententia, sæpe petitum.

Frons, & calx pedis hexametri pro flore notentur.

¶ Pro decorando carmine heroico. Septē principaliores regulę notāde sunt. ¶ Prima est. Vbicūque pręcipitata quędā velocitas inest pluribus

dactylis q̄ spondeis carmen debet confici. Verg. ęneid. 9. Panditur interea domus omnipotentis olympi. Secunda est. Quoties aliqua magna rerum tarditas significatur: pluribus spondeis q̄ dactylis est opus. Verg. 1. ęneid. Luctantes ventos tempestatesq; sonoras. Tertia est in carmine heroico pulcherrima est versuum & sententiarum longa cōcathenatio. Ita vt pedes pedibus & dictiones dictionibus connecti videantur. Vergil. 1. Gęorg. Quid faciat lętas segetes quo sydere terram. Vertere mecenas vlmisq; adiungere vites. Conueniat quæ cura bouum quis cultus habendo Sit pecori atq; apibus quanta experiētia parcis. Hinc canere incipiā, &c. Quarta est inter versus heroicos aliquod sententiosum carmen per pulchræ miscetur modo tamen sępius equo illud non fiat. Verg. ęneid. prio Tante molis erat: romanam condere gentem. Quinta est versibus hexametris siue eodem siue diuersis metris perpulchra eiusdem dictionis repetitio est. Vergil. æneid. j. Multa super priamo rogitans: super hectore multa. Persius satyra. j. Tun vetule auriculis alienis colligis escas. Auriculis quibus & dicas cute perditus: ohe. Sexta est perpositum carmen hexametrum est in quo dactylus & spondeus vicissim decurruut. Vergilius in bucco. Siluestrem tenui musā meditaris auena. Septima ex bissyllabis & trissyllabis dictionibus recte terminatur. Tetrassyllabis autē vel penthasyllabis non nisi duriter finitur: sed monosyllabis omnium durissime, nisi forte vocali sequente possunt absumi. Exempla sunt Verg. æneid. 1. Arma virumq; cano troiæ qui primus ab oris. Idem in Buc. Pars scythiam & rapidū cretę veniemus oaxem. Idem æneid. 7. Inclusum buxo aut erythia therebintho. Idem in buc. Hęc damon: vos quę responderit alphesibœus. Idē æneid. 3. Littoreis ingens inuenta sub ilicib⁹ sus. Alia autē multa in hunc locū conijci possunt, sed hęc nobis impręsentiarū sufficiant.

ℭ Penthametrum carmen.

Penthametro sunt quinque pedes: nam primus & alter

Dactylus aut spondeus: ternus tantum modo spondeus.

Cum quarto quintus semper tibi sint anapesti.

ℭ Penthametrū carmē est quod quinq; pedibus decurrit quorū primus & secundus sunt indifferenter dactyli vel spondei. Sed tertius est tantū spondeus, quartus vero & quintus sunt semper anapesti. Ouid. 3. fasto. Dulcia de dulci stipite mala cadunt. ꝙ si iambus tertiū occupare locum quādoq; videatur, vt in hoc ouidiano de arte. Arte leuis curr⁹ arte regendus amor, efficit spōdeus ꝑ cesurā: cauebo tñ imitari. Si aūt quęris alterū scāsionis modū: dic post tertiū pedē abūdare syllabā duobus sequētibus dactylis, post quos iterū syllaba longa remanet: sed pes quintus nunq̄ est tribrachus: quia cuiuscūq; versus vltima syllaba est anceps vti postea dicā.

ℭ Penthametri carminis decorum.

Penthametri medium, finis, sententia, textus

Pulchram quisquis amas, phrasin tibi rite notantur.

Pro exornando carmine penthametro quattuor generales regulę assignātur. Prima est. In medio pēthametri cesura opus est: ita vt tres primi pedes medium hexametri constituere possint. In quibus autem cesura non est doctorum auribus indigni sunt versus. vt in hoc Catulli. Spectaret nec linguā esse nec auriculam. & aliis centū in locis. sed caue imitari: quia ab vsu imperitorum nunc prorsus abhorret. Secunda est. Penthametrum carmen sex modis clauditur bissyllabis dictionibus optime. Tetrasyllabis, pentasyllabis, & hexasyllabis, satis recte. Trissyllabis vero duriter. sed monosyllabis omnium durissime nisi forte vel duo sint monosyllaba vel per synalepham collisio. Exempla per ordinem sunt. Manthua. contra impu. Quod latet in vapido pectore carmē olet. Martia. in epyg. Dantur opes nullis nunc nisi diuitibus. Propertius. Cōtractū nullis ante cupidinibus. Martialis in epist. Protinus ingentes sunt inimiciæ Ouid. lib. de pontho. Quolibet vt saltē rure frui libeat. Sic Propertius. Catullus & Tibullus frequētissime: quos tū in hoc non rebor imitādos. Martia. in epist. Sunt hęc trita quidē zoile sed mea sunt. Oui. in. 5. trist. Pręmia si studio cōsequar ista sat est. Ouid. de arte. Et solum cōstans in leuitate sua est. Tertia regula est. Rei sententia in penthametro: qđ iungitur hexametro debet absolui vel suspensa teneri vt sequente elego perficiatur. Manth. contra impudi. Dona dei carmen nitidum facūdia præstans. Mittitur ex astris, a superisq; datur. Idem ibidē. Qui bibit assidue gelidis de fontibus vndam. Et vitreo sicca diluit amne sitim. Carmina casta facit veneris cōmercia vitat. Nec mouet ad versus ora pudica leues. Nonnulli tamen regulam hanc vsquequaq; minus seruarunt. vt Ouid. 5. trist. Pone metum valeo: corpusq; quod ante laborum. Impatiēs nobis inualidumq; fuit. Sufficit, atq; ipso vexatum induruit vsu &c. Sed quod rarissime fit, non est nostris vsibus cōmittendum. Quarta regula est. In pēthametro versu. Duo adiectiua perpulchre duobus substātiuis pręponuntur verbo in medio vel in fine collocato. Tibullus lib. 1. Dū meus assiduo luceat igne focus. Mart. lib. 4. Limphida conspicui pocula fontis amo. Hæc autē regula in aliis quoq; carminū generibus nō parū venustatis habet. Caue tū ne eiusdem rei nimia affectatio inesse videatur.

Asclepiadeum carmen.

Versum asclepiadis spondeus, ter, dactylus explet.

Si modo quæ superat tibi syllaba sexta moretur.

Carmē asclepiadeū est quod ab Asclepiade inuētū, spondeo & tribus dactylis sexta superabundāte, longa syllaba cōstat. Hora. in oda. Mecenas atauis edite regib⁹ syllaba vis abundat, quę si breuis esset, versum redderet viciosū, qualis est iste. Festū nūc celebre magnaq; gaudia. Plęriq; aūt carmen hoc aliter metiuntur, vt pes primus sit spōdeus, secūdus & tertius choriābi. quartus pyrrhichius. Est aūt choriambus (quia de illo nihil dictum) pes qui quattuor syllabis, prima & vltima productis duab⁹ vero mediis correptis pficitur vt cōfugiūt. sed prior modus est lōge facilior.

¶Asclepeadei carminis decorum.

Regibus atque sacris letum persoluit honorem,
Hic numerus sine collisu cum sospite passu.

¶ Asclepiadeus versus quattuor venustatis regulas habet. ¶ Prima est asclepiadis carmen regibus terrarū q; magnatibus salutandis, atq; collaudandis optime congruit. Hinc Horatius in principio Odarum, Mecenatem Romanum equitem & omniū litteratorū indeficientem patronū hoc carmine magnificat, inquiens: Mecenas atauis edite regibus &c.
¶ Secunda regula est. Diuinarum rerum hymnographijs asclepiadeus versus maxime conuenit. Hinc est. Sāctorum meritis inclita gaudia &c. Et plerinq; alij, in quibus tamen erratus (qui plurimi sunt) fac aīaduertas.
¶ Tertia est. Carmen asclepiadeum nullum recte patitur collisionem: præsertim in sacris. Hæc enim parum valet. Pastorem egregium cura ouium decet. ¶ Quarta est. Versus asclepiadis sospite & recto passu incedere debet: ita q; sexta syllaba sit dictionis vltima. Nam si monosyllaba foret, versus nimis claudicaret. vt Nobis hæc tua sunt carmina gaudio. vel si syllaba superabundans esset penultima dictionis: vt Formidate venustis mala gaudia.

¶Glyconium carmen.

Spondeon post quem bis dactylon adde glyconi.

¶ Carmen glyconium est quod a Glycone poeta inuentum tribus pedibus, spondeo & duobus dactylis perficitur: vt Victorum genus optimū. In sacris autem post asclepiadeos solet collocari. Vbicunq; vero aliter q̄ dixi reperies quibus potes modis excusato: sed caueto imitari. Hic enim & vbiq; alias rectum carminis vsum nō autem (qui passim multiplex est) abusum doceo.

¶Saphicum carmen.

Spondæum bino terno pede dactylon optat.
Treis ex quinque alios sapho vult esse trocheos.

¶ Carmen saphicum est quod a Sapho Nympha repertum. quinq; pedibus trocheo, spondęo, dactylo. & duobus subinde trocheis procedit. vt Iste confessor domini sacratus. Erratus vbique considera.

¶Saphici carminis decorum.

Sillaba collisus sensus cesura notetur.

¶ Pro carminis saphici venustate quattuor sunt regulæ. ¶ Prima est. Monossyllabę, pentasyllabę, & hexasyllabę dictiōes saphico carmini male congruunt. cui bissyllabę, trissyllabę & tetrasyllabæ recte competunt. Circa principium tamē exigēte sententia monosyllabę possunt admitti

Secunda regula est. Saphicos versus ellipsis vel synalephæ collisio penitus dedecet. Hic enim non valet. Omnium autem exasperitas nocebit. Tertia est rei sententia tribus Saphicis & vno adonio debet compleri, quod tamen plerique non semper obseruarunt: obseruasse autem multo arbitror venustius. Quarta est, versus saphicus sine cesura & concathenatione syllabarum, omnino macer & ieiunus est. vt Nostra nobis gaudia stare queso, & hic, Mercurij facunde nepos Athlantis Sed hic & quilibet ei similis est viuidus & acer. Nouimus quantas dederit ruinas &c.

ℭ Adonium carmen.

Iunctum spondeo sibi dactylon optat adonis.

ℭ Carmen adonium est quod ab Adone poeta inuentum duobus pedibus dactylo & spondeo decurrit: vt nubibus atris. Condita nullum fundere possunt. Sydera lumē. Itaq; tres versus adonei hexametrum heroicum constituunt. In sacris autē post tres saphicos solet enunciari: vt scandere coeli. Corporis artus. Restituuntur &c.

ℭ Alcmanium carmen.

Spondeo hinc illinc clausus bis dactilon inter
Hos alcmanus habet, modo syllaba sexta supersit.

ℭ Carmen alcmanium est quod ab Alcmano poeta repertum: quatuor pedibus spondeo in fronte & calce, duob⁹ mediātibus dactylis ꝓgredit sexta tñ superabundāte longa syllaba: vt O q̄ glorifica luce choruscas. errata semper fac diligenter examines, quorum vbiq; copia redundat.

ℭ Phaleucium carmen.

Spondeo, & dactylo triplici subeunte trocheo
Egregius vates fertur lusisse Phaleuscus.

ℭ Carmen phaleucium est quod a Phaleusco poeta excogitatum: quinque pedibus spondeo, dactylo, & trib⁹ trocheis perficitur: vt Nobis omnipotens redemptor, adsit.

ℭ Archilochium carmen.

Hexametri medio dactylo triplicique trocheo
Archilocum cecinisse ferunt, quos græcia nouit.

ℭ Carmen archilochium dactylicum est quod ab Archiloco poeta repertum septem pedibus absoluitur: quorum tres primi sunt sicut in hexametro, vel omnes dactyli, vel omnes spondei, vel inter se mixti. Quartus vero semper est dactylus: sed tres sequētes sunt trochei: vt soluitur acris hyems grata vice veris. Et fauoni &c.

¶ Alcaicum dactylicum carmen.

Cui spondeus iambus & hinc bis dactylus insit
Alcaicus modus est, quinta superante morata.

¶ Carmen alcaicum est quod quatuor pedibus spondeo, iambo & duobus dactylis: quinta superante longa syllaba constat. vt Princeps chorusco sydere pulchrior.

¶ Archilochium iambicum carmen.

In quo bis sibi succedunt spondeus, iambus
Archilocus cecinit, vel plures dantur iambi.

¶ Carmen archilochium iambicum est quod quatuor pedibus spondeo iambo, vel omnibus aut saltem pluribus iambis cõstituitur: vt A solis ortus cardine. Beatus auctor seculi &c.

¶ Anacreontium carmen

Hoc anacreontis quod lex dat vult anapestum.
Et bis iambeos tactus testante notella.

¶ Carmen anacreontium est quod ab Anacreonte poeta repertum tribus pedibus anapesto & duobus iambis vltima abundante syllaba cõstat vt Rabidos fieri tyrannos.

¶ Hypponacticum carmen.

In quo ter sibi succedunt spondeus iambus
Hyponax cecinit vel plures dantur iambi.

¶ Carmen hypponacticum est quod ab Hypponacte poeta & Philosopho inuentum, sex pedibus, loco non pari spondeis, pari vero iambis vicissim decurrit: vt Nostrum redemptor munus oro fœcundet. Nec fonte labra prolui Caballino.

¶ Archilochium anapesticum carmen.

Quatuor archilocus lusit quandoque anapestis
Multi spondeum multi quoque dactylon addunt.

¶ Carmen archilochium anapesticum est quod ab Archiloco poeta excogitatum: quatuor Anapestis incedit spondeus tamen & dactylus possunt admisceri: vt Auidi baratro cunei pereunt. Homines quatimur fortunæ salo.

¶ Parthenopeium carmen.

Postrema remanente nota vult treis anapestos
Parthenopeus, in fronte tamen spondeon habebit.

¶ Carmen parthenopeium est quod a parthenopeio poeta & philoso pho repertum tribus anapestis constat. Vltima superante syllaba: vt fauet artibus inclyta virtus, primo tamen loco spondeum habere potest, vt fœlix nimium prior etas.

¶ Cuiusque versus vltima communis.

Vltima cuiusuis est anceps syllaba metri.

¶ Pauca equidem de carminum generibus dixisse videbimur, sed breuitati studentes ea tantum explicanda curauimus: quæ ad ecclesiasticũ possunt attinere concentum: quibusq; religionis nostræ professores vti consueuerunt: sed ne cuipiam scrupulus insurgat, φ aliquando spondeum ꝓ trocheo: vel contra in regione vltima situare visus sum. Notum sit cuilibet versificatori vltimam syllabam, cuiuscunq; versus esse communem: quæ Ciceroni: & Quintiliani est sentẽtia: quam & ruffus: ita enodat. At finis bacchius erit: breuis vltima claudet Longa sit, an, ne breuis nullum discrimen habetur.

¶ H, debere considerari.

Versificatores, h, gnauiter vsque notabunt.

¶ Quãquam plerosq; fefellit sententia: vt, h, non esse litteram: sed aspirationis notam tantum dicerent. Tribus tamen modis debet considerari. Primo scriptura, merito em̃ rideretur: qui homo habeo &c. sine aspiratione scriberet. Secũdo accẽtu & significato. Lõge em̃ aliter ꝓferũtur & significãt. Habeo bes, & hamo hamas, q̃ abeo abis, & amo amas. Tertio virtute q̃titatiua: sepe enim consonãtis virtutem in carmine habet: vt apud Verg. æneid. 1. Post habita coluisse samo: hic illius arma. Et apud eundem. 7. æneid. Addidit & natæ turnique canit hymeneos.

¶ Versuum cognomina.

Inuentor, numerus, pes, syllaba, res, genus, ordo.

Fac tibi notescant, quia dant cognomina metro.

¶ Carmen modis decẽ cognominatur. Primo ab inuentore vt homericum ab homero: vel ab inuentrice. vt saphicum a sapho. Secũdo a numero: syllabarum sicut hẽdecasyllabum, quod vndecem habet syllabas, sicut saphicũ: vt iste cõfessor dñi sacratus. Pẽthasyllabũ qđ quinq; syllabis constat, sicut adoniũ vt scãdere celi, Tertio a numero pedũ qđ em̃ duos habet pedes, dimetrũ dicitur: vt sydera glisco qđ habet tres trimetrũ appellatur: vt mundi gaudia pelle qđ habet quattuor: tetrametrũ vocatur: vt Oĩa pręcipiti casu ruunt: qđ habet quinq; penthametrũ nuncupatur: vt vult humiles animos: vult pia corda deus qđ habet sex pedes hexametrũ noĩatur. Vt stat sua cuiq; dies & ineluctabile fatũ. Quarto a pedis dominio: quod em̃ sepius dactylũ habet, dactylicũ vocatur: quod trocheũ trochaicum: quod iambum iambicum &c. De quibus satis est dictum.

¶ Quinto ab alicuius pedis imitatiõe: qđ em̃ spondeũ in regione quinta hexametri habet (quæ propria est dactylo) spondaicum nuncupatur.

Vt cornua velatarum obduximus antennarum : quoq; dactylum id sede sexta habere videtur (quæ propria est spondeo) dactylum appellatur. Vt inseritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida.

¶ Sexto a syllabica dispositione: quod enim vna deficit syllaba ad sui cõplementum. cathalecticum dicitur. Vt mea renidet in domo lacunar. Senarium esset iambicum si vna adderetur syllaba : sed quod ediuerso vna syllaba abũdat hipercathalecticum vocatur. Vt heu q̃ precipiti mersa ꝓ fundo: quod vero vndiquaq; perfectum est. Acathalecticum nuncupatur vt velle suum cuiq; est: nec voto viuitur vno.

¶ Septimo ab ipsa re, quæ tractatur vt heroicum in quo gesta magnatiũ describuntur: qualis est. Vergiliana ęneis. Lucania pharsalis. Statiana thebais &c. ¶ Elegium vero in quo miserie & calamitates amorum narrantur (quales sunt episto. Oui. Elegie propertij. Tibuli & reliquorũ.) Sed Liricum in quo res sacre. Lyra cytharaq; in templis modulande continẽtur: quales sunt. Ecclesiastici hymni qui ritu eduntur poetico.

¶ Octauo a diuersitate generis versuum. Nam vbi vnicum est gen⁹: monocolon. vbi duo sunt genera: dicolon: vbi tria. trocolon, vbi quattuor tethracolon carmen dicitur. Quorum exempla puto esse crebriora q̃ vt hic enarrentur.

¶ Nono a cõuersione ad genus primum. Nam vbi post duos versus fit regressio ad primum, distrophon: vbi post tres. Tristrophon: vbi post quattuor. Tetrastrophon: nuncupatur. Est enim hæc strophe, hui⁹ strophes vel hæc strophas, huius strophadis. latine conuersio.

¶ Decimo a multitudine versiculorum. Nam si vnicus est versus. Monosticon si duo, distichon, si tres. Tristichon, si quattuor. Tetrasticon: si quinq;. Pẽtasticon: si sex. hexastichon: si septem: heptastichon: si octo: ogerastichon: si nouem: peroastichon: si decem. decastichon &c. Nã stychos: latine versus dicitur. Vide ergo textum diligenter ex glosa concipias: quia multi modi sub vna continentur dictione.

¶ Nunc igitur restat vt speciales quoq; regulas q̃ breuissime fieri poterit: elucidemus nihil penitus omittentes: quod ad carminis vtilitatẽ attinere videatur. Breuitati tamen semper nostro more studebimus : qui autem desiderabit prolixitatem. Ad alios vt pote Capellam. Franciscum nigrum. Diomedem Dispauterium: se conferet: apud quos sane plus satis inueniet, lectitandum.

Τέλος.

IN TE IESV SPES MEA RECVMBIT.

¶Petri pontani Cæci Brugensis in artem Versificatoriam. Liber tertius de littera, A, in primis medijs, & vltimis syllabis.

¶A, ante b, in primis.



ATES curtat a, b, tibi sint faber & strabo testes.

¶A, ante b, in primis syllabis breuiatur. vt faber: strabo. Sabinus Manthu. parth. mar. libro. i. Tum faber: incudē feriens & follibus actis. Hora. satyra. 3. Et si quid vitium non fastidire strabonem. Hic autem & (ne idem sepius repetam) in sequentibus regulis omnib9 Notabis geminata sicut abbas, abba, sabbatum &c. ¶Liquefacta sicut crabro. fabrateria: flabrum: fabraca, &c. ¶Crementa sicut flabam, nabam, fabar, &c. ¶Propria sicut nabis, fabus, rabus, &c. Quę omnia ex generalibus sufficienter cognosci possunt.

¶Exceptio.

Fabula cum labes & pabula tabeo labor.

Scabidus hæc semper vates longanda reponunt.

¶Sex sunt dictiones habentes a, ante b, quæ semper cum suis deriuatis primam producunt. Fabula fictus sermo. Persius saty. 5. Fabula seu mesto ponatur hianda tragedo. Labes labis macula vel infamia. Vergilius libro. 2. æneid. Hinc mihi prima mali labes hinc spargere voces. Pabulum cibus. Vergi. i. æneid. Pabula gustassent troie xantumq; bibissent. Tabeo bes est fordeo fordes. Lucilius libro septimo. Exterior nitidus sepe est qui corpore tabet. Tabum autem & tabes hic non pono: quia deriuata sunt. Labor laberis est cado cadis. Vergi. lib. 5. Labitur infœlix multo cū sanguine nisus, sed hic labor oris, nomen: priorem corripit. Ouidius de Pamphilo. Prouidet & tribuit deus, & labor omnia nobis. ¶Dic ergo puer. Nimea corda labor firmet, per crimina labor. Scabidus scabida scabidum multam habens scabiem. Lucretius libro tertio. Scabida sub tacito mutatur corpore pestis. Eius tamen confines sicut scabies scabiosus scabio &c. primam corripiunt.

Fabula. Labes. Pabulum. Tabeo Labor Scabidus

¶Documentum.

Flabellum labo labicum fabella mouentur,

Flabellum
Labo
Labicum
Fabella

¶ Quatuor dictiones habētes a:ante b:primam syllabam mouēt & variant:quia apud authores nunc longantur nunc breuiātur. Flabellū quo ventum faciunt ad ignem excitandum. Propertius in.2. Et modo pauonis caudę flabella superbe. Ouidius de arte. Profuit & tenui ventos mouisse flabello. Labo labas repente & cum impetu cado. Ouidius.xi.lib. Metha. Iamq; labant cunei spoliataque tegmina certe. Lucreti⁹ libro.6. Atq; vel imprimis quum labat funere funus. Sic & iuuencus. Spirit⁹ ipse viget:sed corpus debile labat. Labicum Italiæ oppidum. Vergil. æneí.7. Et sacrane acies & picti scuta labici. Statius libro.8. Thebaid. Acria velocis labici spicula torquent. Fabella modica fabula, Bapti. Manthu. in epi. Gaudes quum iucunda tibi fabella citatur. Ouidius in fast. Seria virtutū leta fabella docet.

¶ A, ante c.

Corripiemus a,c,duc glocito cacabus acis.
Cacabo,cum thracin,facundia machina gracus
Cacula cum naca vel thracia,vacia,dacus.
Longis a,post b,vel p,coniungere debes.
Hinc placeo baculus spacium brachis atque paciscor.

Glocito
Cacabus.
Acis.
Cacabo
Thracin
Facundia.
Machina
Gracus
Cacula
Naca
Thracia
Vacia
Dachus

¶ A, ante c. in primis syllabis corripitur vt acedia est pigritia. Acipēser acipenseris piscis barbari raiam vocant. Achantis achantidis auis quā carduelem dicunt:sed achantus ti. genus est spine. ¶ Excipiūtur primo tridecem dictiones in textu. Glocito glocitas proprium est anseris quādo vocem edit. Ouidi⁹ de philomela. Cacabat hinc perdix, hinc glocitat improbus anser. Cacabus olla. Ouid. in fast. Cunctorum aspectu cacab⁹ ater erat. Acis acidis fluuij nomen in sicilia. Ouidius.4. Fastorum. Præterit & ripas herbifer aci tuas. Cacabo cacabas proprium est perdicum quādo vociferant. Ouid. de philome. Cacabat hinc perdix &c. Tracin inis, vel hæc thracis huius thracis:oppidū thessalie. Lucanus libro.6. Flebile pyeridum thracin præciumq; nephandum. Facundia eloquentia. Bapt. Mā thu. contra impudi. scrib. Dona dei carmen nitidum facundia præstans. Machina quecunq; grandis fabrica. Lucanus lib.1. Machina diuulsi turbabit fœder a mundi. Gracus auis quam monedulam non garrulam vocant. Statius in syluis. Moribus accipiter gutture gracus erat. Diminutiuum eius est graculus. Cacula pedisequus seruus pagium galli vocant. Cornelius de vita alexand. Perfidus ancipites comitatur cacula gressus. Naca fluuius appuliæ & oppidum macedoniæ. Stati⁹ in syluis. Bellifere gentis carbasa naca vehit. Thracia thraciæ vel hæc thrace regio satis nota. Silius.6. Martia vicinas ostendit thracia terras. Vacia is est qui crura introsum reflexa habet. Marti. in epygram. Vsq; mali quicq nobis hic vacia profert: Dachus populus Dachi. Marti. lib.6. Grande iugum domita

dachus ceruice recepit. ¶ Secundo habentia b,vel p,ante a,vt brachium baciliũ,paco,placo &c. Hinc rursus quinq; dictiones in textu excipiũtur cum suis deriuatis. Placeo places,a quo placet impersonale. placenta genus cibi. placentia nomen oppidi & pleraq; alia. Hic baculus vel hoc baculũ fustis. Spatiũ satis claret. Hæc brachis græca dictio,latine breuitas dicitur. Paciscor sceris,pactum facio,fœdusq; ineo vel percutio. Placeo Baculus Spacium Brachis Paciscor.

¶ Documentum.

Macero,pachynus,vacillo,academia,mutes.

¶ Quatuor dictiones a,ante c,in primis variant. Macero ceras,est affligo,macrumq; facio. Lucret. lib.3. Macerat inuidia ante oculos illum esse potentem. Idem libro septimo. Heu heu si abcedes quando macerabere morbo. ¶ Deriuata tamen quędam sicut macer macies &c. primã semper breuiant. Pachynus promontorium est Sicilię. Ouidius quinto Methamor. Leua pachyne tibi lilibeo crura premuntur. Idem paulopost. E quibus imbriferos versa est pachynus ad austros. Vacillo,huc illuc titubo. Lucretius libro tertio. Tum quasi vacillans primũ consurgit & omnes. Ibidem. Cruca vacillanti tardescit lingua madet mens. Academia vicus & schola Athenarum vbi Aristoteles & Plato philosophiam professi sunt. Treis primas certe habet ancipites. Claudianus de laude poetices In latium spretis Academia migrat Athenis. Ennius libro quinto. Non Academiæ flores lectare solebas. Macero Pachynus. Vacillo. Academia.

Iungis hyacinthus quadruplex cui syllaba detur.

¶ Hyacinthus,floris,gemmę,& pueri nomen, quatuor habens syllabas, secunda communi profertur. Hic autem id nominis ideo posui,ne decipiaris cum stultorum multitudine,qui per tres syllabas enũciant. Lucretius libro nono. Pulcher hyacinthus mutato corpore languet. Ouid. de tristibus. Dulcibus in campis non hyacinthus erat. Hyacinthus.

¶ Differentia.

Fixum curtat acer:sed mobile protrahit acer.

¶ Hæc acer aceris substantiuum arborem significans priorem corripit. Ouid. x. metha. Et platanus genialis acer coloribus impar. Sed acer aceris adiectiuum est fortis & vehemens prioremque producit. Idem secundo de pontho. Acer & ad palmę per se cursurus honores. ¶ Dic ergo puer Acer si fueris:non acer orbis erit. Acer.

¶ Differentia

Tu daca quod fixum est,breuia:quod mobile produc.

¶ Hic & hæc daca orientis populus iuxta bactrianos priorem corripit. Sil. lib. xiij. Cursu signa tulit cui peruia bactra dacęq;. Sed daca adiectiuũ de quo nuper audisti ad alterũ dacię populũ refertur: & eandem producit. Corne. de vita Alexand. lib.5. Daca phalanx medias properat cursura per vndas. ¶ Dic ergo puer. Daca cohors gaudet q; daca sæpe dolet. Daca.

A, ante d, in medijs.

Corripiamus a, d, ſed clades, ſuadeo, gadir
Gades, caduſij, gadilon, tradere, gladis,
Et ladas, ladon, radix, traducere, ſpadix,
Et rado, ſuadela, ſimul caduceus, educ.

A, ante d, in primis breuiatur: vt ſpado ſpadõis, madeo mades, padus padi &c. Excipiũtur ſedecim dictiones in textu. Clades cladis magna hominum occiſio, ſiue bello, ſiue peſtilentia fiat. Perſius ſatyra ſexta. Inſignem ob cladem german e pubis & aris. Suadeo eſt hortor hortaris. Lucretius libro ſeptimo. Non hominum vitas cupiunt qui talia ſuadẽt. Gadir inſulæ & vrbis Hiſpaniæ nomen. Feſtus in arato. Gadis prima fretum ſolida ſupereminet arce. Gades gadium ſine ſingulari duæ ſunt inſulę in cõfinibus Hiſpaniæ. Cornelius de vita Alexandri. Imbelles modico ceperunt milite gades. Caduſij ſunt populi in extremitate habitabilis terræ. Priſcianus in perihegeſi. Poſt hos caduſij duriſſima rura colentes Gadilon eſt mercantia quęcunque ex gadibus venit. Lucilius libro ſecundo. Illuc tu propera ſua quo gadila reportant. Trado tradis, do das, vel prodo prodis. Iuuencus de paſſione. Illum hunc in mortem qui finxit ſecula tradis. Gladis regio vltra Hiſpaniam vbi Hercules columnas fixit. Priſcianus in perihegeſi. Cui nomen gladis ſtatuas hoc Herculis inter. Ladas ladæ Alexandri magni velociſſimus curſor. Catullus. Non Ladas ego panniferve Perſeus, phaleuticum eſt. Ladon ladonis viri, canis, & fluuij nomen proprium. Ouidius in methamorphoſi. Donec arenoſi placidum ladonis ad amnem. Radix radicis ſatis claret. Baptiſta de Alphonſo Nil radicis habent ſua qui veſtigia mutant. Traduco traducis eſt quippiam de vna lingua in alteram muto. Ouidius faſtis. In latium ægeis vocem traduxit Athenis. Spadix ſpadicis, color eſt mixtus. Lucret. libro. v. Non ſpadice decet tantos veſtirier artus. Rado radis ſatis patet. Vergilius decimo æneidos. Radit iter liquidum furiatis excita pennis. Suadela dea eloquentiæ, vel ipſa eloquentia. Horatius in epiſtolis. Ac bene nummatum decorat Suadela Venuſque. Caduceus vel hoc caduceum eſt virga Mercurij qua omnia pro arbitrio deorum efficere fingitur: propterea caduceator vel caducifer dictus eſt. Ouidius libro quarto faſtorũ. Tartara iuſſus adit ſumptis caducifer alis.

Clades. Suadeo Gadir Gades Caduſij Gadilon. Trado Gladis Ladas Ladon Radix Traduco Spadix. Rado Suadela Caduceus

Documentum.

Seu bellum, ſeu ſit mauors variabo gradiuum.

Gradiuus

Gradiuus eſt deus belli vel ipſum bellum. Sed ſemper primam habet ancipitem. Valerius flaccus libro quarto. Inclyta Amazonidum magnoque exorta gradiuo. Vergilius æneidos quarto. Gradiuumque patrẽ Geticis qui præſidet oris.

¶Differentia.

Vas cadus a,breuiat,cadus gens a,tibi longat. Cadus

¶ Cadus cadi pro vase vinario priorem habet correptam.Lucili⁹ lib.3. Cadus Ipse cados omnes relinam me quando reuises.Sed Cadus cadi pro populo maritimo priorem habet productam.Manth.in epist. Indomitus tumido circundatur equore cadus. ¶ Dic ergo puer.Implent vina cados circundant littora cados.

¶Differentia.

Ternæ produces vado,primæ breuiabis. Vado

¶ Vado vadis tertij coniugatus est eo is.& priorem longat. Manthu. Vado de contempnenda morte.Vadis in æthereas a corpore libera sedes: sed vado vadas primæ coniugationis est quidpiam ad vadum duco:& priorem corripit.Lucilius libro septimo.Liber abi famularis equ os tuus ipse vadabo.Est autem vadum aqua illa quo equi aut boues potum ducuntur.Vide ergo vt vadum vador vadaris vadium vadimonium & similia recte comprehendas. Propria autem sicut Adam, Adon, Radalo &c. Item liquefacta sicut badria,quadrus, quadriuium &c. Ad generales regulas remitto.

A,ante f,in primis.

A,super f,curta penitus nihil excipiatur.

¶ A,ante f,in primis corripitur:vt vafer, Afranius.Reliqua aũt quę p f, sonum habere videntur per ph,scribi debent:vt saphirus,saphiratus,sapho,& similia.Itaque huius regulæ exceptio nulla est.

A,ante g,in primis.

Nos a,g,corripimus cum septem dena morantes
Agea,agalma,lagopus,braguada,lagus,
Sagio,vagina,magalia,tragurus,agis,
Saga,& tragema,ragonia,ragula sagus,
Vagio,tragitia,& quæ lex subiecta docebit.

¶ A,ante g,in primis breuiatur.vt ago agis. Tagus pro fluuio Lusitaniæ,tagax tagacis pro furũculo,qui vbiq; manus apponit,vt aliquid surripiat &c. ¶ Excipiuntur decem & septem quæ in textu habẽtur. Agea duarum vrbium nomen,quarum vna in Mauritania, altera in Emathia Agea esse fertur. Manthua.in tropheo. Non tot certabat validis Agea lacertis. Agalma agalmatis græca dictio latine statuam, laruam, aut simulachrum desinat.Statius in siluis. Vestra equidem letus sacris agalmata ponam.Lagop⁹ lagopodis auis est,quæ pedes & auriculas leporinis per si- Agalma Lagopus

miles habet. Martialis libro.7. Si meus aurita gaudet lagopode flaccus.
Braguada Braguada, fluuius Germaniæ. Cornelius de vita Alexan. Et tumidis spumosas aquis quem braguada cingit.
Lagus Lagus commune nomen Aegyptiorum regum. Iuuenalis. Infelix rigidi circũdat mœnia lagi.
Sagio Sagio sagis est quibusdam coniecturis futura prędico. Lucillius libro.9. Nil recti sagire potest mens dedita sopno.
Vagina Vagina theca gladiorum. Ouid. decimo methamor. Pendenti nitidum vagina diripit ensem.
Magaliũ Hoc magalium magalij, pastoris est domuncula. Verg. æneid. primo. Miratus molem Aeneas magalia quõdam.
Tragurus Tragurus piscis, formam alecis habens. Lucretius lib. nono. Carpio nec turtur si saltem tragurus esset.
Agis Hic agis huius agidis, vel agis, commune nomen est regum Lacedæmoniorum. Iuuenalis saty. octaua. Non tot magnanimus vexilla parauerat agis.
Saga Saga sagæ, venefica mulier. Martialis libro vndecimo. Expiet vt sopnos garrula saga tuos.
Tragema Hoc tragema huius tragematis vel tragematos, est quicquid cibi aut potus secundę mensę apponitur. Statius in syluis. Tardus venisti melius tragemata sume.
Ragonia Ragonia, generale nomen canum pastoralium. Manthuanus ad gon. Impetuosa togã morsu ragonia triuit.
Tragula Tragula hasta vel rete. Lucretius libro.7. Missilis elatum transfixit tragula pectus.
Sagus Sagus saga sagum est subtilis & qui suo ingenio multa pręcognoscit. Lucili⁹ lib.2. Sagus erat sagoq́ꝫ bonus dabat omnia sensu.
Vagio Vagio vagis proprium est infantis & leporum. Cornelius de vita Alexan. Vt nouus ablato matris puer vbere vagit.
Tragitia Tragitia insula est vna cicladum. Valerius Flaccus. Mox ad tragitiam nauis pagasea cucurrit.

¶ Differentia.

Fœmina saga, sagax, subtilis sunt saga panni.

Saga ¶ Quãquam horum nominum differentia iam satis explanata est, eam tamen paucis repetere non pigebit. Nam saga sagę est venefica mulier, & quæ sortilegijs vtitur, prioremq́ꝫ producit. Tibulus. Emula grandeuum confecit saga parentem.
Sagax Sagax vero adiectiuum est subtilis & ingeniosus priorem corripit. Lucre. libro.10. Pluribus in dictis hominem iuuat esse sagacem. sed sagum sagi est genus panni, & priorem breuiat. Iuuenalis saty.6. En saga vendẽti nubat caupone relicto. ¶ Dic ergo puer Non saga gestantem formidat saga tyrannum.

¶ Differentia.

Laganum habe longum, lachanum tamen est breuiandum.

Laganum
Lachanũ ¶ Laganum genus est cibi satis noti, & primam habet productam. Cornelius de vita Alexandri. Rustica barbaricis glubemus lagana villis. Sed lachanum est quocunq́ꝫ genus oleris, & primam corripit. Horatius satyra.6. Me ad porri & ciceris refero lachaniq́ꝫ cathinũ. ¶ Dic ergo puer. Lagana cum lachanis nobis conuiuia donent.

¶ Documentum.

Cum preit f,vel p,componens a,g,morabor.

Demes cum pagasa,fragilis,fragor, atque flagellum.

¶ Dictiones quibus f,aut p,ponitur ante a,producunt illud a ante g, vt fagus,flagitium,flagito,pagus,pagina,pago, &c. ¶ Sed quatuor in textu excipiuntur: quia primam corripiunt. Pagasa oppidum Thessaliæ, vnde natus Iason pagaseus cognominatur. Ouid.7.Metha.Iamque fretum minye pagasea puppe secabant. Reliqua autem clariora sunt quam vt explanationis egeant. Pagasa.

¶ Differentia.

Pra patria & reti plaga,dic pro vulnere plaga.

¶ Plaga tribus modis accipitur. Primo enim est regio. Vergilius septimo æneidos. Quatuor in medio dirimit plaga solis iniquis. Secundo est pars retis vel ipsum rete. Hora.in epi. Gargilius qui mane plagas venabula ceruos. pro his duabus significantijs priorem corripit. Tertio est vulnus siue percussio & eandem producit. Ouidius de tristib9. Non habet in nobis iam noua plaga locum. ¶ Dic ergo puer. Has mihi plaga plagis non dedit vna plagas. Plaga.

¶ A,ante l,in dissyllabis.

A,super l,produc si sint dissyllaba:tolle

Hinc halys,atque salum,cui iunge faleque,falumque,

Cum pale vel chalabus,quibus adde palamque,palinque,

Et quorum patrius crescit,deme ales,& halec.

¶ Dissyllaba producunt a,ante l,vt talis,qualis,halo. ¶ Excipiũtur primo octo quæ in textu habentur. Hic halys fluuius thessaliæ. Ouid. 4. de pontho. Influit & cerebro vertice tortus halys. Salum est mare. Silius libro septimo. Stellatum superante salo iactamur ad axem. Falæ falarum, sunt turres ligneę ad muniendas vrbes. Ouidi9 de fastis. Multa quærens animo constitit ante falas. Falum fali idem. Cornelius de vita Alexandri Grande falum statuit quod non æquare sagittæ Curetum valeant &c. Hæc pales huius palis dea pastorum & pabulorum. Vergilius in buc. Ipsa pales agros atq; ipse reliquit apollo. Cales calium, oppidum thraciæ. Vergilius æneidos septimo. Aequora quinq; cales linquunt amnisq; vadosi. Palam siue præpositio siue aduerbium coram & manifeste significat. Iuuenalis satyra sexta. Fient ista palam, cupientque & in acta referri. Palin græca dictio latine contrarium explicatur. hinc palinodia est eorum quę dicta sunt contrarius sermo vel cantus. Lucretius libro,x. Non rubro est cantanda mihi palinodia vultu.

Halys. Salum. Falæ. Falum. Pales. Cales. Palam. Palin.

Secundo excipiuntur nomina tertiæ declinationis quæ in genitiuo singulari crescentiam habent: vt sal salis, salus salutis, phalanx phalangis, salix salicis &c. Duobus tamen demptis ales siue substantiuum pro quacunque auicula siue adiectiuum pro veloce. Verg. xj. Alituum pecudumque genus sapor altus habebat. Statius in syluis. Alitibus plantis secretas currit in edes. Et alec vel halex halecis siue pro pisce siue pro garo. Martialis in epig. Halecem: sed quam protinus illa vorat.

¶ Differentia.

Halo confragro longum est: alo nutrio curtum.

Halo. Alo. ¶ Halo halas redoleo redoles, & priorem producit. Verg. 1. æneid. Thure calent aræ: sertisque recentibus halant. Sed alo alis est nutrio nutris & eandem corripit. Verg. 4. æneid. Vulnus alit venis & cæco carpitur igni ¶ Dic ergo puer. Halant hic fruges quæ tibi corpus alant.

¶ Differentia.

Malus quod fixum est longo: quod mobile curto.

Malus. ¶ Malus, mala, lum, tria per se substantiua priorem longant. Nam hæc malus est arbor siue in orto, siue in naui. Stat. in Theb. Splendida sublimi radiabant carbasa malo. Hęc mala malę est maxilla. Pers. sat. 3. Oscitat hesternum dissutis vndique malis. Sed malum mali est fructus satis notus. Verg. in buco. Malo me galathea petit lasciua puella. Malus vero adiectiuum priorē vbique corripit. Mant. in epig. Qui malus est om̄s secum tabescere vellet. Stat. in syl. Quod sordes oleat: mens mala semper auet. Ouidius de trist. Exitiale malum nobis discordia gignit. ¶ Dic ergo puer. Malum, mala, lum sumpsit quæ tradita malo est.

¶ Differentia.

Dic pro vase calix: pro fructus tegmine calyx.

Calix ¶ Calix per i, latinum est vas proprie ligneum: licet pro alio quouis accipiatur, & priorē corripit. Hora. in epi. Fœcundi calices quē nō fecere disertum. Sed calyx per y gręcum est foliū cōtegens quęcunque fructum. Colu. lib. v. Densato tecti requiescunt calyce fructus. De his plura habes inter gūa. ¶ Dic ergo puer. Auratū calicē, velatū calyce porto.

¶ Differentia.

Produco nomen calo, breuio calo verbum.

Calo. ¶ Hic calo calonis est baiulus lignorum & priorem producit. Pers. sat. v. Sambuccā citius caloni aptaueris alto, Sed calo calas est voco vocas & eandē corripit. Luci. lib. xj. Mox vbi tempus erit magna te voce calabo. ¶ Dic ergo puer. Quum te calo calo, proice ligna foco.

¶ A, ante l, in polisyllabis.

A, super l, breuiant polisyllaba, dupla notentur.

Alecto,aliphe,balena,haloraque,longis
Alea,caligo,aloperea,qualea,squalet,
Talio,malobatrum,calatia,talea,iungis
Calisto,calustrutie,scalenaque dictis
Phalarna,& salentum,& laletania,subdam.

¶ Polisyllaba corripiũt a,ante l,in primis:vt calamus,thalamus,salebra quod postremum maxime addo:quia ab incõsultis inter producta reponitur,Quum Martialis dicat.Sed quæ per salebras: altaque saxa cadunt. Et Horatius in epi.Qui queritur salebras & acerbum frigus & hymbres
¶ Primo excipiuntur dupla,id est quæ ll,duplicato scribũtur:sicut balista,pallium,allia,allium &c.quę primam positione producunt.Secũdo excipiuntur decem & nouem dictiones in textu.Hæc alecto huius alectus vna est furiarum.latine incessans explicatur. Claudianus. Alecto horrificis frontem velata colubris.Hæc aliphe huius aliphes est oppidum Campanię.Silius octauo.Aliphe & clanio cõtempte semper acere.Balena piscis satis notus.Iuuenalis satyra quinta.Quãtum delphinis balena britannica maior.Halora vrbs Boetiæ.Cornelius de vita Alexandri. Frudibus explicitis edocta halora per annos &c.Alea genus ludi christiano execratissimi.Persius satyra quinta.Hic campo indulget:hunc alea decoquit ille &c.Caligo caliginis est obscuritas: & verbum caligo caligas est obscuror obscuraris.Iuuenalis satyra tertia. Et genus humanum damnat caligo futuri. Mantuanus libro secundo parthenices marianæ. Ignibus extinctis iam caligauerat antrum.Aloperea iusula est ad mare æegeum. Valerius flaccus libro quarto.Heu nostram miseri sortem aloperea ridet. Qualea auis quam & cothurnicem dicunt. Lucilius libro septimo.,Creber odoratis modulatur qualea pratis.Squaleo squales squalui.sine supinis est vel solis calore,vel carceris pedore offuscor.Statius thebaid.quinto.Obsita squalebant fugientibus arua colonis.Talio talionis est pœnæ similis flagitio:vt dare dentem pro dente,oculum pro oculo &c.Lucretius libro nono.Lamenti ratio nulla est te talio plectit.Malobatrum vnguentum quo mulieres in termis ad expoliẽdum cutem vti solent. Sidonius in primo panegyrico.Costum malobatrum,myrrhas, opobalsama, thura &c.Calatia oppidum est campaniæ.Silius octauo. Cõdita nec par uis aberat calatia muris.Talea putamen lignorum.Serenus. Fraxinea in flammis quem fudit talea succum.Hæc calisto huius calistus fi.ia Lychaonis & pro vrsa sumitur.Ouidius quinto methamorph.Calisto sacri pars fuit vna chori.Calustrutię arum,commixtiones herbarum.Columella libro quinto.Non calustrutię morti cum sanguine prosunt.Scalena compactio est scalarum.Statius thebaidos.xj. Tendebat postes fragilis scalena per altos.Phalarna piscis nomen Colum.lib.iij.Non magis æquorea gaudet phalarna sub vnda &c. Saletũ promontoriũ & lacus Italiæ:hinc salentinus,salentina,salentinum.Vergilius æneidos tertio. Et salentinos obsedit milite campos.Laletania pars est Hispaniæ. Corne.de vita Alex. Fortes acris equos tibi laletania profert.

Alecto
Aliphe
Balena
Halora
Alea
Caligo
Aloperea
Qualea
Squaleo
Talio
Malobatrum.
Calatia
Talea
Calisto.
Calustrutię.
Scalena
Phalarna
Salentum
Laletania

¶ Documentum.

L, simplans curta: duplans pallatia produc.

Palatium ¶ Scriptorum controuersia efficit vt, nomē palatium & eius adiectiuū palatinus, palatina, palatinum, primā habeant ancipitem. Nam qui per vnicum l, scribendum censent corripiunt. Tibullus lib. iij. Sed tunc pascebant herbosa palatia vaccę. Horatius in epi. Scripta palatinus quæcunque recepit apollo. Qui vero per ll, duplum scribere malunt primam positione longant. Papi. primo syluarum. Dum noua contemptis surgant pallatia flammis. Mart. lib. 8. Qui pallatinę caperet cōuiuia mensę. Vtrunque igitur etiam promiscuo efficere nihil est periculi.

¶ Differentia.

Talia mobilito: sed substantiuo thalia.

Talia ¶ Talia bifariam accipitur. Vno modo adiectiue, tunc est numeri pluralis prima longa, secunda breui, & non aspiratur. Verg. 1. æneidos. Talia iactanti stridens aquilone procella. Altero vero modo substantiue: tunc est numeri singularis prima breui, secunda longa, & per aspirationē scribitur. Est autem vna musarum sic dicta quasi virēs & semper germinans. Mart. lib. 6. Excutimus nostros versus agitante thalia. ¶ Dic ergo puer. Talia quæ dona sunt corda thalia petit.

¶ Differentia.

Calleo durescens: caleo patiendo calorem.

Calleo. ¶ Calleo calles duobus modis accipitur. Vno enim modo est obduresco obdurescis labore frequenti, vt solent qui multū operando callos in manibus acquirunt. Lucre. lib. 9. Postq̄ trita manus diuturno incalluit vsu. Et transumptiue sumitur pro eo quod est per longā experientiā intelligo. Persius saty. 4. Ante pilos venit dicenda tacenda calles: tunc duplo ll, scribitur & eius adiectiuū callidus, callida, callidū, id est subtilis & astutus. Persius satyra prima. Callidus excusso populum suspendere naso. Altero vero modo est calorem patior & per vnicum l, prima breui cū suis deriuatis scribitur. Persius satyra tertia. Nil calet hic summosque pedes attinge manusque. Idem satyra quarta. Fert animus calide fecisse silentia turbę. ¶ Dic ergo puer. Qui virtute calet: semper bona dogmata callet.

¶ Differentia.

Caligo obscuror: caligo dum crura voluto.

Caligo. ¶ Caligo caligas bifariam sumitur. vno modo neutraliter pro obscuror obscuraris, & primam secundamque habet productam. De quo in exceptione satis est dictum. Altero modo actiue pro eo quod est caligas induo & easdem habet correptas. Ouidius de tristibus. Nudum obtruncabit, nec caligare sinet. ¶ Dic ergo puer. Vix bene se caligat, quisquis caligat in vmbra.

¶ A,ante m,in primis.

A,super m,ducunt dissyllaba,sed clamis inde,

Et tamen atque fames,samos & thamas,ac zama demum.

¶ Dissyllaba producunt a,ante m,vt phama,ramus,amen &c. Excipiũtur septem dictiones in textu. Hæc clamis clamidis mantellũ dicũt. Persius satyra sexta. Iam clamides regum, iam lutea gausapa captis. Tamen coniunctio satis nota. Sedulius de diuite. Mundum omnem vsurpes, nil tamen inde feres. Fames famis esuries vel cupido. Ouidius in epist. Auri sacra fames, in scelus omne rapit. Hæc samos huius sami insula est consecrata Iunoni. Vergili⁹ æneid,1. Posthabita coluisse samo hic illius arma. Hæc same huius sames etiam est insula. Vergilius æneido.3. Duliciumque sameq; & neritos ardua saxis. Hæc Thamos.i. Nympha maris vel ipsum mare. Statius in siluis. Hinc iaculata thamos furiatis vndique monstris. &c. Zama nomen oppidi. Silius libro tertio. Et zama & huberior rutulorum sanguine tapsus. Clamis. Tamen Fames Samos Thamos zama.

¶ Differentia.

Hamo produces,sed amo breuiare iuberis.

¶ Hamo hamas priorem habet longam: & quicquid ab eo descendit. Ouidius in epistolis. Quos mihi quos pisces liquidis hamabit in vndis. Propterea illud Iuuenalis satyra.14. Dispositis prędiues hamis vigilare cohortem &c. Nõ est imitandum: quia s,cum sua vocali in dictione prędiues absumitur. quod apud nos non licere supra ostendimus. Rectius autem inquit Horati⁹ in epistolis. Suspectos laqueos adopertum miluus hamum. Sed amo amas priorẽ corripit. Ouidius de remedio. Et si quid faciã nunc quoq; quęris amo. ¶ Dic ergo puer, Fœmina quicquid amat digitis furacibus hamat. Hamo Amo

¶ In polisyllabis.

A,super m,breuiant,quæ sunt polisyllaba præter

Bamura,amentum,lamentor,lamina,& istis

Mamercus,recte simul hamerochita iunges.

¶ Polisyllaba corripiunt a,super m,in primis vt famulus,camera,caminus &c. Excipiũtur sex dictiones in textu. Bamura vrbs est Aphricę. Silius lib.3. Tum chalybis pauper Bamuræ cruda iuuentus. Amentum est illud locum quo iaculum impellitur. Silius.4. Amento renouantq; noua fornace bipennes. Lamentor lamentaris est conqueror & doleo. Lucili⁹ libro tertio. Quid lamentari miserum iuuat omine facto. Lamina est tenue frustum cuiusuis metalli. Claudianus ad hono. Flexilis inductis animatur lamina membris. Mamercus superbiæ amator populus in Phrygia. Corne. de vita Alexãdri. Mamercosq; leues ventosa superbia nutrit. Bamura Amẽtum. Lamẽtor. Lamina Mamerc⁹

Hamerochita ¶ Hamerochita oppidum est græciæ. Statius in Theb 9. Tam fluxos habitus non hamerochita gesta.

¶ Documentum.

Amineum sed samariam: seu propria mutes.

Amineũ ¶ Duæ dictiones Amineum & Samaria primam habent communem, sicut nomina ꝓpria, vt Amianus, Dameta, Mamuri⁹ &c. Est autem Amineum oppidum & mons Campaniæ prope Phalernum. Vergili⁹ Geor. secundo. Sunt & amineę vites fortissima vina. Corne. de vita Alexandri. Samaria Non amineos reparabunt ære liquores. Samaria regio est Iudeę propinqua. Sedulius. Samariam dulci lustrabat flumine Christus. Serenus. Sanctis eloquijs permota Samaria cessit.

¶ A, ante n, in primis.

A, super n, longant dissyllaba, sed manus inde.

Et clanis atque phanes, panos atque panax, ana, demas.

Quis canis atque canon vel anas coniungere debes.

¶ Dissyllaba producunt a, ante n, in primis: vt sanus, mano, phanũ, &c.
¶ Excipiuntur nouem dictiones in textu. Manus pars corporis vel exercitus. Vergil. æneí. 2. Pars manibus validi turres & mœnia scandunt. Clanis Clanis fluuius Campaniæ. Silius. 8. Et clanis & rubico senonum de nomine sene. Phanes Phanes græca dictio. Latine apparitio dicitur, & solem recte significat qui quotidie renouatus apparet. Philelphus satyra. 11. Hunc veteres diuum vates dixere phaneta. Panos Hæc panos huius pani, oppidum Assyriæ. Manilius libro. 4. Panax Bactraq; & herios babilon & susa panosq;. Panax panacis, herba cuius succus opopanax febribus expellendis maxime conducit. Columella lib. 11. Nunc medica panaces lachryma succoq; salubri. Ana. Ana aduerbium græcum latine sursum in compositione tantum profertur vt analogia, Anaglyptum, Analectum est mica sub mensam Canis cadens. Martialis in apo. Sed precium sirpis nunc Analecta dabunt. Canis stella, piscis, & venaticum animal. Vergili. in Bucco. Cum canibus timidi venient ad pocula dammę. Hic canon onis, regula. Ausonius in epistolis. Canon. Hic demum excessit grammaticos canonas. Anas. Anas anatis, auis, fluuius, & morbus vetulorum. Auienus in aratro. Lapidemque anatem cernes excedere ponto.

¶ Differentia.

Hæc breuiatur anus, sed mas producitur anus.

Anus. ij. ¶ Anus pro vetula generis fœminini quarti declinatus priorem corripit. Ouidius de amore. Pamphile tolle manus, iãq; redibit anus. Sed an⁹ pro podice siue culo generis masculini secũde inflexionis eandẽ ꝓducit.

Lucre.6.Sordentem teneris ramalibus expiat anum. ¶Dic ergo puer. Cum se curuat anus sonat illi turpiter anus.

¶Differentia.

Fixum curto planus:sed longo mobile planus.

¶Planus substãtiuũ grecũ pro deceptore & calũniatore priorẽ breuiat Hora.in epist.Fracto crure planum licet illi plurima manet &c.Sed planus adiectiuum latinum pro facili & minime salebroso, eandem longat. Statius in syluis.In planos furibundus agros descendere iussit. ¶Dic ergo puer.Rupta est coxa plano ludenti in tramite plano. Planus.

¶Differentia.

De cano quicquid habes breuia:de caneo longa.

¶Discriminis illud maxime hic posui,vt præceptores moneantur suos studiose hortari discipulos,vt dictionũ differẽtias diligenter inquirant: ex his etẽ ambiguitatis plurimũ aliqñ cõsurgit. Itaq; quicquid a verbo Cano canis,vel a noie canis descẽdit priorẽ habet correptã:sed quicquid a verbo caneo canes.i.per seniũ albesco deriuatur,eandem producit. Cano Canes ergo tripliciter dicitur.Est eñ futurũ a cano,presens a caneo, pluratiuum a canis.Similiter cane quadrupliciter comperitur.Est eñ imperatiuus a cano,& a caneo,vocatiuus a canus,na,nũ.& ablatiuus a canis. De Caneo alijs multis fac simili modo practices.Hic aũt singulorũ exẽpla inculcarẽ nisi breuitatis amator forem. ¶Dic ergo puer. Pelle canes,vbi sacra canes,qui vertice canes,vel sic.Cane magis cane nostro cane iã cane pœnis.

¶A,ante n,in polisyllabis.

A,super n,rapiunt polisyllaba:tu sata longis.

Danubius,cum canidia,vel ganeo,demas.

¶Polisyllaba corripiunt a,ante n,vt canalis,lanista,lanio,&c,Excipiuntur primo que a longis dissyllabis deriuata sunt:vt sanitas a sanus : lanugo a lana:phanaticus a phanum.Secundo excipiuntur tria in textu. Danubius fluuius campanie.Ouid.in epist. Danubij medijs vix prohibẽtur aquis.Canidia venefica mulier.Hora.satyra.7.Canidia afflacet peior serpentibus aphrys.Ganeo gulosus & meretricum amator.Iuue. satyra.xj. Sed laudet siliquas occultus ganeo pultes. Ganeum vero vel ganea locus est in quo ganeatur.De quibus omnibus idem puto esse quantitatis iudicium,quamq̃ nonnulli aliter posuerunt neotericorum. Danubius Canidia. Ganeo.

¶A,ante p,in primis.

Nos breuiamus a,p,sed recte dupla notantur.
Sapo,apœninus,saperda,& crapula,capo,
Papas,apidanus,stapes,& vapulo,sapis,
Apher,papilio,cum rapa,paphago produc.

¶ A, ante p, in primis corripitur: vt apine, napus, pape in teriectio, quæ a plerisque inter producta male reponitur. ¶ Primo excipiuntur geminata quæ diligenteer debent cōsiderari: sicut pappo, sapphyrus, sappho pappus, mappa, &c. In quibus multi errant.

Sapo. ¶ Secundo excipiuntur quatuordecim dictiones in textu. Hic sapo saponis species est qua maculæ expurgantur. Serenus. Attrito sapone genas purgare memento. Apœninus mons cuius vna pars est Italiæ, altera Sicilię: illum etenim mare intercidit. Vergilius duodecimo ęneidos. Vertice se attollens pater apœninus ad vndas. Saperda salsus est piscis, vel etiam recens quem Galli mollnam vocant. Persius satyra quinta. En quid agam, rogitas? en saperdam aduehe ponto. Crapula est illa immoderata gula qua cibum adhuc fere crudum auide deuoramus. Baptista in epigr. Turpis mirificas corrumpit crapula mentes. Hic capo caponis, vel hic capus capi pro eodem gallus est castratus. Ausonius in epygrammatis. Nō mihi lis oritur iam de capone perempto. Catullus in epistolis. Tota sagi natus mensula capus erit. Hic papas papę syracusana dictio latine custos pueri ductor vel pater explicatur. Iuuenalis satyra sexta. Quæ peperit timidus prægustet pocula papas. Pappa vero pro summo pontifice geminatur vt arbitror. Apidanus fluuius thessalię & etiam Italię. Ouidius de tristibus quarto. Conditur apidano conditur eridano. Hic stapes huius stapis illud est quod equitantium pedes sustinet. Cornelius de vita Alex. Vulnere confossus clamabat stape soluto. Vapulo vapulas est percutior percuteris. Iuuenalis satyra secunda. Si pugna est vbi tu pulsas ego vapulo tantum. Sapis fluuius inter Galliam & Italiā. Lucanus libro secundo. Crustumiumq; rapax & iunctus sapis isauro. Apher, phra, phrum, Aphricanꝰ siue de aphrica. i. Lybia. Verg. 3. Georg. Armentarius apher agit tectū q; laremq;. Papilio papilionis alatus vermiculus & tentorium militum. Silius. 4. Irructe e socij sub papilione quiescunt. Hæc rapa pę, vel hoc rapū est genus radicis satis notum. Mart. in xenijs. Hæc tibi brumali gaudētia frigore rapa. Paphago paphagonis populus iuxta Bythyniam. Priscianus in perihegesi. Paphagones post hos mariam, diuiq; sequuntur.

(Margin: Sapo. Apœninꝰ Saperda Crapula Capo Papas. Apidanus Stapes Vapulo Sapis Apher. Papilio. Rapa Pephago)

¶ Differentia.

Hæc curtatur apis: sed mas longabitur apis.

Apis ¶ Apis vel apes generis fœminini pro mellifica musca priorē corripit: Ouid. in epi. Mella fauosq; cauo sedula condit apis. Sed apis huius apis, vel apidis masc. generis pro rege quodā ægyptio. Itē pro viro & ydolo Aphricę eandē producit. Luca. lib. 8. Lustra suę phœbes non vnus vixerat apis. ¶ Dic ergo puer. Sępe laborat apis quod nescit prouidus apis.

¶ Differentia.

Tu breuia lapathos: sed athes producere cura.

Lapathos ¶ Hęc lapathos lapathis herba quā radicē dicunt primā breuiat. Colu mel. in. xj. Lubrica iam lapathos iā thami sponte virescunt. Sed lapathes lapathis etiam herba eandē longat. Serenus. Sæpe chelidoniam cū succo

lapathis addes. trucate autem athes, pro lapathes in textu habetur quia integrum versus hexameter non recipit. ¶ Dic ergo puer. Quod nescit lapathis virtus hoc lapathis infert. Lapathes.

¶ A, ante, q, in primis.

Vates curtat, a, q, præterquam compositiuis.

¶ A, ante q, in primis corripitur vt aquila laque⁹ aqua &c. In compositis tamen frequentius producitur vt quaq; quaqua quaq̃ &c.

¶ A, ante r, in primis.

A, super r, breuia modo recte dupla notentur.

Adiectiuum in rus, larissa & pareo naris,

Arunci, arunca: aruncus, car, caria baris.

Et larinates, carax, cum varice, carex,

Areo, carabus, narix et glarea, maris,

Larius, & claris, cum varo, carica, naret,

Nerea, cum phari, barum quare, area, parus,

Hæc vates latij semper longanda reponunt.

¶ A, ante r, in primis corripitur vt pharos: lares: arabas &c. Excipiũtur primo geminata quæ studiose notanda sunt. sicut carrura: sarracenus. Parrhisij: parrhisiorum: barrus: varrus: varro &c.

¶ Secundo excipitur adiectiuum in rus ra. rum. sicut clarus clara clarũ. rarus rara rarum, charus chara rum. ¶ Tertio excipiũtur viginti nouẽ dictiones in textu. Larissa: vrbs vna est laconie. Altera thessalie. vtroq; autem modo per, ss, geminatũ scribi potest. Statius lib. 2. thebaid. Posthabita est larissa iugis hic more parẽtũ. Pareo pares, obedio. Hora. in epi. Ira furor breuis est animũ rege qui nisi paret &c. Naris meat⁹ nasi. Persi⁹ saty. 1. Raudiculũ quidã balba de nare loquut⁹. Arũci: Italię populi. Ver. ęnei. 7. Arũci misere patres sidicinaq; iuxta. Arunca corũ. vrbs dalmacie. Luci. 5. Prepetibus plantis viuax arunca petiuit. Aruncus: villus est qui a mento capre dependet. Lucreti. 9. Aruncos satyri capris vulsere procaces. Car caris: populus assyrie. Martia. in. 1. epygram. Laudibus immodicis cares in astra ferant. Caria: regio minoris asye inter Lyciam & Ioniã Serenus. Barbara quod subiti producit caria moris. Baris huius baris vel baridos: species nauicule. Propertius lib. 3. Baridos & cõtis rostra liburna sequi. Larinates populi aphrice. Sil. 5. Hinc larinates magno certamine currũt. Carax caracis genus piscis. Lucre. 11. Pinguia nõ viuis rimatur viscera carax. Varix varicis, vena q̃ nimium intumescit. Priscianus in car. Luctificũ crebro maculatur varice corpus. Carex caricis species canne vel arundinis. Papinius in siluis. Cui caput infelix, & carice mersit & alga

Larissa. Pareo. Naris Arunci. Arunca Aruncus Car Caria Baris Larinates Carax Varix Carex

Areo Areo es. siccor aris. Verg. in buc. Aret ager vitio moriēs sitit aeris herba **Carabus** Carabus species piscis. Mar. in xenijs. Raudicus assiduam dabit vrbs carabus in escam. **Narix** Narix naricis vrbs locrorum patria aiacis. pro eadem dicitur naricia naricium & narice narices. Vergilius. 3. æneid. Hic & naricij posuerunt mœnia locri. **Glarea** Glarea sicca & sterilis terra. Luca. lib. 4. Aut impulsa leui turbatur glarea vena. **Maris** Hic maris fluuius est qui in istrū labitur. Silius. 7. Inde ruens thurin & butem & marin & arsen. **Larius** Larius lacus Italiæ prope Cremonā. Vergilius. 2. Georg. An ne lacus tantos telari maxime teq;. **Claris** Claris gallie fluuius. sido. in panegy. Clitis claris arar & quorum nomina cessant. **Varus** Varus substantiuum fluuius italię. sed varus adiectiuum est curuus curua curuum. Persius saty. 4. Curua subit vel cum fallit pede regula varo. **Carica** Carica: ficus sicca. Oui. 1. fasti. Quid vult palma sibi rugosaque carica dixi. **Naret** Naret sine declinatu, fluui⁹ est vmbrie. Māth. de alphō. Hęc tua tam mollis percurrit mœnia naret. **Narea.** Nerea lac⁹ ibidem. Proper. Frigida candentes humectat narea su ras. **Pharis** Pharis oppidū thessalie. Oui. de tristi. Et paruo quondam patria pharis erat. **Barium** Barium Italię oppidum in textu autem barum, appocope legis sicut apud Hora. saty. 5. Barimœnia piscosi dehinc gnatia lymphis. **Quare.** Quare interrogādi aduerbiū. Māth. de contem. mor. Quare ita degeras vt ames mortalia tantum? **Area** Area locus siccus & planus in quo trituratur. Vergilius primo Georg. Areatum primum ingenti est equanda cylindro. Parus auis. Ouidius in episto. En mens elato gutture parus hiat.

¶ Differentia.

Corripe musa charis, sed produc belua charis.

Charis ¶ Charis charitis est gratia vel musa & priorem corripit. Ouid. 5. fasto. Protinus accedunt charites nectuntq; coronas. Hinc est char⁹ chara charum priore producta, id est gratiosus & dilectus. **Caris.** Sed caris idis. magnus piscis siue marina belua aut regio. Ouid. vlti. trist. Plurima ceruleum penetrabat nerea caris. Hinc charus chara charum quod multo constat.
¶ Dic ergo puer. Quos retinet caris non fouet vlla charis.

¶ Differentia.

Longant ara sacri vates, breuiant hara porci.

Ara ¶ Ara celebrandis sacris altarium priorem producit. Ver. in buc. Nāq; erit ille mihi semper deus illius arā &c. **Hara** Sed hara stabulum porcorū vel ouium eandem corripit. Oui. in epi. Tertius immūde cura fidelis hare.
¶ Dic ergo puer. Ante repurgat haram q̄ mater pergat ad aram.

¶ Differentia.

Arene est primi numeri, pluralis harene.

Arene ¶ Hæc arene arenes oppidum œtholie singularis tantū numeri primā producit. Val. flac. 3. Quem tulit arene possit qui rūpere terras. Sed hare

ne narum. fine singulari significatiõis est satis note & primam corripit Hora. tamẽ epist. 1. singulariter ait. Ne populum extrema toties exoret harena. ¶ Dic ergo puer. Qua iacet arene multum densatur harene.

¶ Differentia.

Insula curto pharus: longo pro tegmine pharus.

¶ Pharus vel pharos. insula ægipti primam breuiat. Luca. lib. 8. Crimine bellorum maculas pharon. aruaq; nostra. Sed pharus vel pharos longa vestis sacerdotalis. eandem longant, Prisci. in hexa. Non phar⁹ deerit nisi fons patrimonia desint. ¶ Dic ergo puer. Multos clara pharus nutrit quibus est cute pharus. Pharus.

¶ Differentia.

De pario quod habes breuia, de pareo longa.

¶ Pario & pareo q̃titate & significato differunt: voce tamẽ multis in locis conueniunt quæ diligens præceptor pueris facile ostendet vt in imperatiuo pare: in optatiuo & subiũctiuo parerem: in infinitiuo parere. Sta. in the. Nec iussis aliquãdo tuis parere negaui. Iuuena. saty. 4. q̄ nequeunt parere & partu retinere maritos. ¶ Dic ergo puer. Gnata mihi pare, puerum pare de pare lecto, primum pare, est a pareo, secundum a pario, & tertium a nomine par paris. Pario Pareo

¶ A, super, s, in dissyllabis.

A, super, s, longant tibi bina, thasosque, basisque.

Et casa siue casos prasis atque prason quasi demes.

¶ Dissyllaba producunt a, ante s, vt phasis: nasus: thraso. sed septem in textu priorem corripiũt. ¶ Thasos: insula vna cycladum. Papi. 5. theb. Et paphos & nemorosa thasos si forte recurrat. Basis fundamentum & cuiuscunq; rei substentaculum. Ouid. 5. fasto. Mox cadit infirma structa columna basi. Casa pastoralis domuncula. Ver. in buc. Atq; humiles habitare casas & figere ceruos. Hæc casos huius casi insula paflagonie. Corne. de vita Alexandri. Hinc extrema casos stat inexpugnabile robur. Prasis gemma viridis. Manth. de alphon. Multa quippe prasi lactentia colla virescunt. Prason ontis. græcum nomen: latine porrũ dicitur hinc est prasinus na. num. i. viridis instar porri. Mart. lib. 10. De nostra prasina synthesis empta toga. Quasi aduerbium satis notum. Persi. saty. 5. Cras hoc fiet idem cras fiet quid quasi magnum. Thasos Basis Casa. Casos Prasi Prason Quasi.

¶ In polisyllabis.

Quæ polisyllaba sunt breuia, sed basia deme.

Caseus & lacerpitium & quæ pasa ministrat.

¶ A, ante, s, in polisyllabis corripitur vt asinus, casia, prasium, sed tres dictiones in textu & composita a pasa: id est omnia sicut pasiphae, pasi-

Basium
Caseus
Laserpitiū
Pasa

philus:pasithea &c. primam longant. Basium lasciuum osculum. Ouid. de arte. Basia si dederis basia letus habe. Caseus. Lacteus cibus satis not9. Verg. in bucco. Pinguis & ingrate premeretur caseus vrbi. Laserpitium herbosum virgultum vario medicamini aptum: quod in sola regione syrenaica nascitur. Cornelius de vita Alexand. Hic laserpitij species inuisa colubro Pasa (vt dixi) est omnia hinc pasiphe. i. tota vel omnis ardens amore. Verg. in bucco. Pasiphen niuei solatur more iuuenci.

¶ Differentia.

Asia pro stagno longa, pro climate curta.

Asia.

¶ Quanquam seruio de nomine asia plerique aduersantur: ipsum tamen in hoc censeo imitandum quod asia: palus siue stagnum mysie. primam producit. Verg. 7. eneid. Dant per colla modos sonat amnis & asia longe, sed asia regio que pars mundi tertia describitur eandē corripit. Vergilius. 1. eneid. Europa atque asia pulsus nec plura querentem. ¶ Dic ergo puer. In media est asia que personat asia cygnis.

¶ A, ante t, in primis.

Ponis a, t, curtum, modo propria duplaque signes.
Ater, catholicus, atella, atinaque, fatum.
Natio, saturnus, natura & gratia, vates,
Vatinessa, & lathona, & laternaque sithlata,
Versibus edendis vates producere debent.
M, vel r, ad mutam super a, producere debes.
Inde mathematicus matho siue matella matinus,
Et cratos atque stratos matieni demere debes.

¶ A, ante t, in primis corripitur: vt ratus: quater status &c. ¶ Excipiuntur. primo propria sicut catullus plato statyris &c. Et que consonante dupla scribūtur sicut quattuor attagen blatta &c. Que recte notari debent: vt suis regulis generalibus referantur. ¶ Secūdo excipiūtur quattuor decē dictiōes in textu. ¶ Ater tra trum est niger nigra nigrū. Cat. in epy. Nec scire vtrū sis albus an ater homo. Catholicus ca. cum. adiectiuum grecum: latine vniuersalis dicitur, cuius prima producta est. Licet catha in omni compositione alia corripiatur. Sido. lib. vlt. Catholice fidei iam nunc pretoria surgunt. Atella cāpanie oppidum. Sil. lib. 10. Iāque atellā suos iāque & galo gratia adegit. Atina etiā cāpanie oppidū. Ver. enei. 7. Tela nouant atina potens tyburque superbū. Fatum: mors constellatio & deorum ordinatio. Verg. 1. eneid. Italiam fato profugus lauinaque venit. Natio onis est natiuitatis regio. Lucretius lib. 4. Arguit infamē vitio

Ater
Catholic9
Atella
Atina
Fatum

rum natio gentem. Saturnus deus quidã & planeta. Perf. satyra. v. Saturnumq; grauem nostro Ioue frãgimus vna. Natura rerum omniũ parens Sedulius lib. 2. Quod natura dedit tollere nemo potest. Gnatia oppidũ Italię. Hora. saty. v. Barimenia piscosi dehinc gnatia lymphis. Vates poeta, deus, vel propheta. Ouid. de remed. Parce tuũ vatem sceleris damnare Cupido. Vatinessa oppidum assyrię. Lucil. lib. iij. Vatinessa potens paribus concurrere telis. Latona mater apollinis & dianæ. Verg. r. æneid. Latonæ tacitũ pertentant gaudia pectus. Laterna illud est in quo candela latet. Mart. in apo. Dux laterna vię clausis feror aurea flãmis. Sthlata, latum nauigiũ: hinc sthlatarius, ria, rium, est latus, lata, latum. Iuue. saty. 7 Spõdet eñ tyrio sthlataria purpura filo. ¶ Tertio excipiuntur dictiones habentes m, vel r, cum muta ante a, vt mater, materia, maturo, frater, stratum, pratum, &c. Hinc rursus demuntur septem dictiones in textu. Mathematicus rerum futurarum diuinator. Ouid. metha. 4. Nota mathematicis Genesis tua fertur haberi. Matho obesus & rudis. Iuue. saty. 2 Quum contra veniat tumidi lectica mathonis. Matella vas vrinarium. Martia. lib. x. Disperiam si tu pyladi præstare metellam. Matinus mons Boetię. Luca. lib. 9. Vulturis & candidi lucent buceta matini. Cratos græca dictio, latine robur dicitur. Stratos vero exercitus: sed in compositione fere semper habẽtur, vt cratinus, craterus, stratocles, stratophilus &c. Persius saty. 1. Iliade audaci quicunq; afflate cratino. Statius in thebaid. septimo. Magnanimum stratoclen non est in prælia mitti. Matieni populi sunt inter Assyriam & æthiopiam. Prisc. in perihegesi. Viribus aduersis matienos currere cernes.

Saturnus. Natura. Gnatia. Vates. Vatinessa. Latona. Laterna. Sthlata. Mathematicus. Matho. Matella. Matinus. Cratos. Stratos. Matieni.

¶ Documentum.

Blatero, cum platea, versu mutare licebit.

¶ Duæ dictiones in textu primã habẽt cõmunẽ. Blatero ras proprium est arietis & vespertilionis & pro stulte loqui sumitur. Hora. saty. 4. Audit cum magno blateras sermone facisq;. Ouid. de philom. Blaterat hinc aries & pia balat ouis: sed quando producitur per ct, scribi arbitror. Idẽ autẽ de blatio biatis blatiui blatire blatitum est censendũ. Platea quiuis lacus & spaciosus locus. Ouid. in fast. Vestrum hoc flagitium multa platea natat. Stat. in syl. Post epulas lætus plateis gaudet apertis.

Platea.

¶ Differentia.

Flumen curto crathis: sed longo fœmina cratis.

¶ Crathis cũ th, aspirato fluuius est Achiuorũ & priorẽ corripit. Ouid. 4. de pontho. Huc lycus sagaris peneus hispanisq; crathisq;. Sed cratis sine aspiratione fuit mater Scyllæ & eandem producit. Ouid. de tristib9. Crinibus ambusto vertice cratis erat. ¶ Dic ergo puer. Pocula sępe crathis desumpsit rumine cratis.

Crathis.

¶ Differentia.

Duco atys cybelis: sed atys breuio reliquorum.

Atys. ¶ Atys famulus cybelis vel ebrietas priorem longat. Persius sat. 1. Claudere sic didicit versum berecinthius atys, Sed pro quocunque alio puero eandē breuiat. Vale. flac. lib. 7. Noster atys liquida iādudū disperit vnda ¶ Dic ergo puer. Sępe petiuit atys quod habebat prodigus atys.

¶ Differentia.

Fixum curto latus: sed duco mobile latus.

Latus ¶ Hoc latus lateris substantiuum priorem corripit. Vergilius in Bucol. Ille latus niueum molli fultus hyacintho. Sed latus, lata, latum, adiectiuū siue nomen siue participium eandem producit. Baptista cōtra impudi. Sulphuream lato gutture potat aquam. ¶ Dic ergo puer. Mucro tibi latus rumpat vtrunque latus.

¶ Differentia.

Quale notans statim longo: pro tempore curto.

Statim. ¶ Statim qualitatis aduerbiū est constanter ac perseueranter priorē habet longam. Festus in Arato. Tunc succisa feres statim cum mergite culmi. Sed statim eduerbiū temporis est protinus, illico & eandē habet breuem. Lucre. lib. 7. At caput ille statim porrecta fauce recurret. ¶ Dic ergo puer. Non graditur statim: quod fit in orbe statim.

¶ A, ante u, in primis.

A, super u, breuies: tamen l, si consona præsit
Aut compositum, gauisus, nauita, dauus,
Mauis, & mauult, nauis, cum nauigo, mauors,
Et gnauus, nauo, cum paua, pauoque, pauus,
Rauila, & rauus, sauo, vel suauia, prauo,
Et suauiari, suauis, producere debes.

¶ A, super u, in primis corripitur: vt auis, auus, auia. Excipiuntur primo dictiones habentes consonantem ante l, super a, sicut blauia, claua, clauus, flaueo &c. Et quę componuntur ex præpositione a: sicut auerto, auius, auia, auium, auio auias, &c. Secundo excipiuntur viginti dictiones in textu. Gauisus lętus a gaudeo. Propertius. Non tam dardanio gauisus atrida triumpho. Nauita nauis director. Vergilius sexto æneid. Nauita sed tristis nunc hos, nunc accipit illos. Dauus subtilis & cautus seruus. Persius satyra quinta. Daue cito hoc credas iubeo finire dolores. Mauis secunda persona a malo, & Mauult tertia. Persius satyra vltima. Protegit vt mauis da verba & accipe neruos. Idem satyra quinta. Hic satur irriguo mauult turgescere sopno. Nauis significantiæ est satis notæ. Verg. 1. æneid. Nauium in cōspectu nullā treis littore ceruos. Nauigo naui aquas transeo. Verg. 1. ęneid. Gens inimica mihi tyrrhenum nauigat æquor. Mauors est mars bellorū deus, vel ipsum bellum. Verg. 6. ęneid. Quantos ille virū

Gauisus Nauita Dauus Mauis Mauult Nauis Nauigo Mauors

magnam mauortis ad vrbē. Gnauus gnaua gnauū subtilis & ingeniosus Ouidius in.i.de ponto. Det mihi formosa gnauia iuuenca manu. Nauo, nauas subtiliter ago. Ouid. de tristib⁹. Grandibus obsequijs operam na-uare licebat. Hæc paua, hic pauus, hic & hæc pauo, auis satis nota. Auso-nius in epy. Pauaq; de pauo constitit ante oculos. Idem ad Paulinū. Vin cit centum oculos regia pauo tuos. Persius saty. vltima. Meonides quin-tus pauone ex pythagoreo. Rauila rauos habens oculos. Est autem rau⁹ raua rauum, subniger subnigra subnigrum. Proper. Raua peregrinis con stitit ipsa locis. Sauo sauonis fluuius Armeniæ. Cornelius de vita Alexan dri. Exundante procul virides sauona per agros. Suauium libidinosa vo luptas. Ouidi. de arte. Grata gemiscenti domine fac suauia libes. Prauo, prauas est fraudo fraudas, & malignor malignaris. hinc prau⁹ praua pra uum Hora de arte. Non magis esse velim q̄ prauo viuere naso. Suauior suauiaris est adulor. Suauis, blandus & dulcis. In his autem prima syllaba si diuidatur (vt rite potest) breuiatur: secūda vero producitur: velut in-ter generales regulas ostendimus.

Gnauus
Nauo
Paua.
Pauo
Rauila
Rauus.
Sauo.
Suauium.
Prauo.
Suauior.
Suauis.

¶ Documentum.

Lauinum vates, sicut lauina mutant.

¶ Lauinum vel lauiniū oppidū Italiæ. & lauinia generale nomen oim principum muliebriū eius vrbis, primāq; habet ancipitem. Verg.i. ęnei: Italiā fato profugus lauinaq; venit. Idē. Fata tibi cernes vrbem & pro-missa lauini. Verg.12. ęnei. Illo queratur coniunx lauinia campo. Ouid.3. fast. Hanc tibi cur tradam pia causa lauinia coniux.

Lauinum.
Lauina

¶ A, ante b, in medijs.

Corripiemus a, b, medijs: sed longa repones.
In bilis, atque bulum, abrum, bundus, atabulus addes.
In stabilis breuians, producis amabo barabbas.

¶ A, ante b, in medijs corripitur vt canabis, barnabus, sterabū &c. Pro-ducūtur autem primo adiectiua in bilis, sicut amabilis, venerabilis, mira-bilis præterq̄ instabilis. ¶ Secundo substantiua in bulum, sicut venabu-lum, cunabulum hortabulum &c. ¶ Tertio substantiua in abrum, sicut candelabrum, volutabrum &c. ¶ Quarto adiectiua in bund⁹ sicut leta-bundus: errabundus: vagabundus &c. quibus iungitur atabulus ventus appulię peculiaris. Horatius saty.5. Ostentare mihi quos torret atabul⁹ & quos. ¶ Duę autem dictiones quæ sequuntur ad rem fere nihil perti-nent nisi studiosos imperitorum errore decipi vererer. Dicunt eni ama bo (quando est interiectio) corripi quod falsum est: quia siue verbum si-ue interiectio sit semper longatur. Silius libro.9. Si bene constiteris ego te constanter amabo. Quos dudū mihi laudaras, hūc trāsfer amabo. Alij vero longe min⁹ excusandi corripiūt barabbas quū positione ꝑducatur

Est eñ compositum a nomine bar.i.filius & abba.i.pater. Re[illegible] ergo Se-
dulius lib.3. Tunc coluere baal nunc elegere barabbam.

¶ A,ante c,in medijs.

Curtum profert a,c,culus,aceus,acius,acus,
Iracundus.benacus,cochlaca,cloaca,
Anchades,lunaca,meracus, opaco, valaci.
Pastinaca,hippaco,portulaca,phanaces,
Sarracum,cum sarraca,pistacia,pheax,
Sampsacum,selachia,siue salacia produc.

¶ A,ante c,in medijs breuiatur:vt tribrachus,scylaceum,dirrachiū &c.
¶ Excipiuntur primo noīa in aculus acula aculū,siue adiectiua siue sub-
stantiua sint:vt vernaculus cula,culū,bibaculus,nouacula,miraculū, &c.
¶ Secūdo adiectiua in aceus acea aceū.vt herbaceus, rosaceus, toffaceus,
& similis formæ substantiua:sicut hic mustaceus vel hoc mustaceū & hęc
vinacea vinaceorū. ¶ Tertio adiectiua in acius acia acium:vt gallinaci⁹,
ordeacius,calcacius &c. ¶ Quarto noīa in acus aca acum.vt parrhisiac⁹
cameracum,tornacum &c. ¶ Quinto excipiūtur viginti dictiones quæ
Iracund⁹. in textu habentur. ¶ Iracundus irę odijq; tenax. Hora.de arte. Impiger
Benacus iracundus inexorabilis acer. Benacus fluuius Italiæ. Verg.2.Georg. Flu-
Cochlaca. ctibus & fremitu assurgens benace marino. Cochlaca rotundus est lapil-
lus cochlę similitudinē habens. Lucil.4. Plurima flumineis latitat cochla
Cloaca ca sub vndis. Cloaca sordium fossa. Ouid.trist.4. Aera funestum spurca
Anchaces. cloaca vomit. Anchaces nomen populi. Vale. Flac.lib.6. Doct⁹ & ancha
Lucana ces patulo vaga vincula gyro. Lunaca regio Gallię. Corne.de vita Alexā.
Meracus Hinc late properat neruis lunaca superbis. Meracus ca.cū.est merus siue
Opaco. purus. Persius satyr.4. Desinis antyciras melior sorbere meracas. Opa-
co cas,obscuro ras,hinc opac⁹ obscurus. Verg. Georgi.2. Nūc altæ fron-
Valaci. des & rami matris opacāt. Valaci populi apud Scotiā. Māth.de exhor.
Pastinaca Hinc etiā fortes ruerent in bella valaci. Pastinaca nunc herbam,nunc pi-
cem,nunc trigonem siue turturem,piscem significat. Macer.de vir. her.
Hippaco Et pastinace virtus in semine tm̄. Hippaco cas,celeriter duco. Lucr. li.3.
Portulaca Hyppacare soles medio,nūc linquis in aruo. Portulaca herbę genus. Ma
Phanaces. cer. Andrachnes grece quę portacula latine. Phanaces dei nomen. Auso
Sarracum nius in epy. Irrita neglecti iura phanacis habet. Sarracū vehiculū. Iuuen.
satyr.3. Frigida circunagunt pigri sarraca boote. Sarraca oppidum Me-
dię.& item alterū Arabię. Ennius. Missilibus pilis sarraca subacta fuisset.
Pistacium Pistaciū species nucis. Palladius. Quinq; & amigdaleos subeunt pistacia
Pheacia ramos. Pheacia regio cuius populus pheax aut pheacus dicitur. Proper.
Sampsacū Nec mea pheacas equāt pomaria syluas. Sampsacum species herbæ viro-
sæ. Auso.in Epi. Heu quid ages tibi Sampsacum non dulce peredi.

Selachia genus piscis. Macer de virtutibus herbarũ. Purificat stomachũ selachia purgat & aluum. Salatia dea petulantiæ. Silius vndecimo. Fautricem teneat rogitata salatia dextram. Selachia Salatia

¶ Documentum.

Pone syracusas veluti tua carmina poscunt.

¶ Syracusę, arum, oppidum est Sicilię & secundam habet communẽ. Sil. lib. 14. Ipsa syracusæ patulos vrbs, inclyta muros. Auso. in epy. Quis catŭ nã sileat vel quadruplices syracusas. Eius antẽ nominis deriuata quoties tertiam habent correptam per o scribi debent: sed vbi habent productã per u. sicut primitiuum, vt syracosus, syracosanus: vel syracusius, syracusanus. Regula namq; est: Oy diphthongus semper vertitur in u, longum & correptionis gratia aliquando in o micron: vt vrion vel orion: pulypus, vel polypus: culeus vel coleus &c. Itaq; apud Vergiliũ deprauate legitur. Prima syracusio dignata est ludere versu, pro syracosio: sicut apud Silium lib. 14. Inde syracosias castris circundedit arces.

¶ A, ante d, in medijs.

Nos breuiamus a, d, sed iader, abadir, & adus,
Produc: adiungens ageladas, atque cicada.

¶ A, ante d. in medijs corripitur: vt troiades, maiades, driades &c.
¶ Excipitur primo nomẽ in adus: sicut feradus, encheladus, erostradus, &c. ¶ Secũdo excipiuntur quatuor dictiones in textu. Iader fluuius qui in mare adriaticum labitur. Lucanus lib. iij. Et tepidum in molles zephiros excurrit iader. Abadir lapis ille quẽ saturnus loco filij deuorasse fingitur. Pleriq; tamen duplo dd, scribunt. Auso. in epi. Non tantum querulo saturno cessit abadir. Ageladas dæ, egregius sculptor fuit Laconiæ & pro quouis eximio sculptore sumi potest. Colu. lib. xj. Nec polycletea vel fragmonis aut ageladę &c. Cicada bestiola satis nota. Vergilius in Buco. Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis. Iader Abadir. Ageladas. Cicada

¶ A, ante f, in medijs.

A, super f, curta: sed deme carafa, venafrum.

¶ A, ante f, in medijs corripitur: vt theafus, adafia, antiafum &c. Quę tamen & reliqua huiusmodi omnia per ph, rectius forte scribũtur: sed duo in textu producta semper audio. Carafa fluuius & rex hyberniæ. Mant. de gon. Non tantum tumida ceruice carafo superbit. Venafrum oppidũ campanię in cuius campis optimum quondam fiebat oleum quod venafranum appellabatur. Martialis in xenijs. Hoc tibi campani sudauit baccha venafri, quod si curiosius quispiam contenderit nullum a, ante f, in medijs esse censebit, nec impediam. Carafa. Venafrũ

¶ A, ante g, in medijs.

A, g, duc: agoras, agoges, ager, allaga, vel gus,
Alterius flexus lalage, vel paphago curtans.

Thyrsagetes,acragas,atagen,vel naufragus istis
Messagete,cum carthilago,vel panthagia,addes.

A,ante g,in medijs producitur:harpago,contagium,virago &c. Excipiuntur primo composita a græco nomine agora, quod orum significat: vt Pythagoras,Anaxagoras,Hermagoras, Anthenagoras &c. Secundo composita a nomine græco agogę,id est ductio vt pedagogus, Isagoge, synagoga. In hos tamen nō omnes mecum sentiunt. Tertio composita a græco nomine ager,id est sylua vel saltus:vt onager, melager, tanager. Quæ tamen & in grus rite exeunt, onagrus,melagrus,tanagrus. Quarto composita a dictione gręca allagę,id est mutatio sicut hypallage,stratallage,nichitallage &c. Quinto nomina secundę declinationis terminata in gus,sicut lucagus,pamphagus,vertagus &c. Sexto excipiuntur nouem dictiones quæ in textu habentur. Lalage nomen nymphæ. Martialis libro secundo. Desine iam lalage tristes ornare capillos. Paphago,populus Macedoniæ. Priscianus in perihег. Paphagones post hos mariam diuique sequuntur. Tyrsagetes populus Scythiæ ab agitandis thirsis ad honorem bacchi sic dictus. Valerius flac. lib. 4. Thyrsagetem cunctumque vagis post terga silebo. Acragas mons & oppidum vbi michael visitur. Vergilius tertio ęneidos. Arduus inde acragas ostendit maxima longe. Atagen nomen delicate auis. Lucretius libro septimo. Et pinguis nobis atagen supplereverutum. Naufragus cui nauis tempestate fracta est. Persius satyra prima. Men moueat quippe & si cantet nanfragus assem &c. Messageta vel messagetes huius messagetę,populus Scythię maxime crudus & ferox Silius libro tertio. Nec qui messagetem monstrans feritate parentem. Carthilago est concauitas circa aures. Ennius. Ictis carthilago cecidit aurisque pependit. Panthagia nomen fluuij. Claudianus in secundo de raptu proserpinæ. Panthagia nomenque gelam qui præbuit vrbi.

(Marginalia: Lalage — Paphago — Thyrsagetes — Acragas — Atagen. — Naufragus. — Messageta. — Cartilago — Pāthagia.)

¶ A,ante l,in medijs.

A super l,breuia:sed produc alis,& ale.
Sardanapalus,& omphale,focale,sodalis,
Hinc aretalogus,& genealogus,atque canalis,
Inde cephalene,stymphalus,ialisus,istis
Et magalia,pharsalos,sandalia,iunges.

¶ A,ante l,in medijs corripitur:vt tantalus,italus,coraliū &c. Excipiuntur primo noīa in alis,& ale,siue adiectiua,siue substantiua sint:vt aqualis,glacialis,furialis,fundale,thorale,mapale &c. Secūdo excipiuntur tredecē dictiones in textu. Sardanapalus vltimus rex Assyriorū voluptuosissim⁹ oīm quos vnq̄ mūdus cognouit ꝑpterea ꝓ quouis lasciuo & crapuloso rege aut principe ꝑ anthonomasiā recte sumitur. Iuue. saty. 6. Cum venere & cœnis & plumis Sardanapali. Hęc Omphale phales,amica fuit

(Marginalia: Sardanapalus. — Omphale)

Herculis. Propertius lib. 3. Omphale in tantum formę processit honorē ¶ Focale substantiuum genus erat caputij a vertice vsque ad fauces pro tensi, quo publice oraturi vtebantur. Martialis in apophoretis. Hoc focale tuas asserat auriculas. Sodalis socius præsertim in victu. Lucretius in epist. Nunq̄ inter fidos retegas narrata sodales. Aretalogus proprię virtutis collaudator. Iuuena. saty. 4. Mouerat vt mendax aretalogus in mare nemo. Genealogus qui hominum naturas ex cōstellationibus diffinit. Prudentius de natura rerum. Ni caligarent oculi genealogus esses. Hic canalis conductus per quem aqua labitur. Verg. Georg. tertio. Currentē & lignis potare canalibus vnda: Cephalene vel cephalenia insula Ionij maris, cuius populi cephaleni dicuntur. Silius. xv. Saxa cephalenū & scopulosis neriton aruis. Stymphalus archadię lacus, & stymphalum oppidum illi vicinum. Vergil. de laboribus Herculis. Stymphali pepulit volucres discrimine quinto. Caue hic ne legas cū indoctis stymphalidas, quia tam in primitiuo q̄ id deriuatiuo media semper producitur: sicut apud Ouid. 2. fast. Testis erit pholoe: testes stymphalides vndæ. Ialysus oppidum in insula hodo. Lucret. lib. 6. Iam sibi rhomuleas formidat ialysus alas. Magalia pastorales sunt casulæ. Verg. æneid. 1. Miratur molē æneas magalia quondam. sub quibus & magalia comprehendes sibi etem pro pemodum conspirant. Verg. æneid. 9. Conspicit & raris habitata magalia tectis. Pharsalos oppidum thessaliæ. Lucan. lib. 6. Emathis ęquorei regnum pharsalos achillis. Sandalium solea calciamenti. Vergilius in obitu Mecenatis. Argentata tuos etiam sandalia talos.

Focalę. Sodalis. Aretalogus. Genealogus. Canalis Cephale Stymphalus. Ialysus Magalia Pharsalos Sandaliū

¶ Documentum.

Ascalon egregij vates vt propria mutant.

¶ Ascalon oppidum assyrię mediam habet communē sicut nomen proprium Bapt. primo parthenices Marianæ. Ascalon hic & gasa potens ęraria quondam. Auso. in epi. Non vetus ascalon tantū virtutis habebat.

¶ A, ante m, in medijs.

A, super m, curtans: duc amus, amen, & entum.

Ex tama, thymiama, simul dictamus alama.

¶ A, super m, in medijs corripitur: vt salamis, thelamō, pilamius. ¶ Excipiūtur primo nomina in amus, formata ex barbaris: vt adamus, ab adā abrahamus ab abrahā, roboamus a roboam &c. ¶ Secundo nomina in amen: vt iuuamen, opitulamen, dictamē &c. Tertio nomina in amentū: vt firmamentū, susictamentū, nugamentū &c. Quarto composita ex tama, vt cōtamino nas, intamino nas, prętamino nas, &c. Est aūt tama ille sanguinis tumor q ex nimię ābulationis dolore ad crura descendit propterea cōtamino est maculo vel inficio. Mart. in epy. Sic interposito vilis cōtaminat vnco. Quinto excipiuntur tres dictiones in textu. Tymiama atis vel atos, suauissimus odor qui quodā in sacrificijs solebāt incēdi. Sedu. de vete. test. Pluria iudęi norunt tymiamata cultus. Dictamus vel

Thymiama. Dictamus

dictamum herba est quasi saucia fera potest vesci continuo sanatur, quia receptum ferrum membris expellit. Verg. xij. æneid. Dictamū genitrix cretea carpit abida. Alama fluuius dalmatiæ. Baptista de Alphōs. Per media rapidus currebat alama cohortes.

Alama

¶ A, super n, in medijs.

A, super n, breuia: tamen anus, & anius, anis,

Aneus, & super a, vocalis rite moratur.

¶ A, ante n, in medijs corripitur: vt balanus, coctanū, galbanū. Excipiuntur primo nomina quę in anus, ana, anum, siue substantiue siue adiectiue exeunt: vt plebanus, syluanus, rusticanus, &c. bonan⁹, nycanus, garganus &c. Secundo nomina quę terminantur in anius, ania, anium, siue adiectiua siue substantiua sint: vt lusitanius, acquitanius, normanius &c. Letania, menania, lecania &c. Tertio nomina quæ in anis, vel ane, terminantur: vt immanis, immane. inanis, inane, feranis, ferane, &c. Quarto nomina quę in aneus finiuntur: vt suffraganeus. extraneus, coctaneus, &c. Quinto nomina quæ habent vocalem immediate ante a, vt Vergilianus. Ciceronianus, &c.

¶ A, ante p, in medijs.

A, p, corripies: mesapus, anapus, iapis,
Cynnapes, & iapetides, isapis, iapyx,
Cumque sinape, priape, neapolis, atque boaphon,
Inde serapis, siue proserpina ducere debes.

Mesapus. ¶ A, ante p, in medijs corripitur: vt cathaplasmus, catapulta, theapason. Excipiuntur tredecim dictiones in textu. Mesapus generale nomē princípū appulię: vnde & ipsa mesapia nūcupatur. Verg. 9. At mesapus equū domitor neptunia proles. Anapis vel anapus fluuius Sicilię. Ouid. 2. de pon. Quaq; suis cyanē miscet anapus aquis. Iapis bñ curās medic⁹. Verg. xij. Iamq; aderat phœbo ante alios dilectus iapis. Cynapes fluuius in textu aūt geminam⁹ n, causa metri. Ouid. 4. de pon. Partheniusq; rapax & voluens saxa cynapes. Iapetides liricinis nomē. Ouid. 5. meth. Tu quoq; Iapetidę nō hos adhibendus ad vsus. Isapis fluuius Italię. & alter Siciliæ. Bapt. de Alph. Nō sic ęquoreas Isapis currit in vndas. Iapyx pygis, cū y, græco in tertia syllaba fuit Dedali filius a quo Calabria iapygia dicta est. Onid. 5. meth. Thurinosq; sinus temeseusq; & iapygis arua. Sed iapix cū i, latino est vētus ex appulia spirās quē circiū vocāt a quo & appulia dicta est iapigia. Luc. 6. Excipit aduersos zepyros & iapigia pindus. Hæc sinapis vel hoc sinapi absq; declinatu semen est vnde fit cōdimentū satis notum. Colu. lib. xj. Seq; lacessenti fletum factura sinapis. Priapus hortorū deus qui sub specie virilis membri colebatur, pro quo & sępicule apud authores sumitur. Verg. in buco. Sinū lactis & hęc tibi liba priape quotannis. Neapolis noua vrbs interpretatur. Stat. in syl. Nec solum festas secreta neapolis aras. Boaphon vnus famulorū vulcani grauiter tonans dicta

Anapis
Iapis
Cynapes
Iapetides.
Isapis
Iapyx
Sinapis
Priapus
Neapolis
Boaphon

potest. Bapt.1.Par.Cath. Fulgureus brutes & iniqua voce boaphon. Serapis, deus ægyptiorũ, quẽ Osirim dicũt. Mart.lib.9. Vincebant nec quę turba serapin amat. Prosapia progenies. Prudentius de Iudæis. Sanguinis eximijs generosa prosapia regnat. Serapis. Prosapia.

A, ante q, in medijs.

A, q, corripies quis sextum aduerbia ducet.

A, ante q, in medijs corripitur: vt tanaquil, pleraq3. vtraq3, non ablatiuus: quia in ablatiuo & aduerbijs compositũ a quis producitur, vt quãtaquaque, vtraque, vndiquaque, circunquaque &c.

A, ante r, in medijs.

A, super r, breuians, duc arius, aris, & are.

Inde megarus, amarus, auarus, amaracus, istis

Et caluaria, dehinc baleares, atque caphareus,

Sic zodoara, palara, thiara, phalarica iunges.

A, ante r, in medijs corripitur: vt tenarus, tartarus, asparagus &c. Excipiuntur primo nomina quę in arius, aria, arium exeunt, siue substantiua siue adiectiua fuerint: vt pinarius, tabernaria, panarium, sic notarius, caprarius, argentarius &c. Secundo nomina in aris, vt molaris, cubicularis, popularis &c. Tertio noia in are: vt altare, torculare, calcare. Quarto excipiuntur vndecem dictiones in textu. Megarus, fluuius Thessalię. Priscianus in perihegesi. Deuoluens hypanisq3 trahit rapidusq3 megarus. Amarus amara amarum, non dulcis. Vergil. in Bucco. Aut metuet dulces, aut experietur amaros. Auar⁹ ra, rum, qui æs. i. pecuniã supramodum auet. i. cupit. Hora. in epist. Semper auarus eget certum voto pete finem. Amaracus, hærba & flos odoris fragrantissimi. Colu. libr. 11. Sic vbi odoratas prętexit amaracus vmbras. Caluaria est os capitis nudum & vacuum. Itaq3 mons in quo redemptor noster crucifixus est caluaria diceba tur propter frequentiam quotidie illic occisorum. Prudentius de passione. Heu mortale tuum tãgat caluaria pectus. Baleares populi sunt Hyspanię apud quos primum inuentus est fundarum vsus. Verg. 1. Georg. Stupea torquentem balearis verbere fundę. Caphereus per eu, diphthongũ in vltima syllaba, mons est Boetię versus Hellespontum, apud quem Gręci ab euersa Troia redeuntes grauissima passi sunt, ob mortem Palamedis quem iniuste occiderãt. Sta. 9. Theba. Cretea nymbosam quæ sępe caphareos arcem. Zodoara, genus hęrbe Macer. Permista scelere membris zodoara petatur. Palara, nomen auis. Oui. de auibus. Nunc inter vepres dulce palara canit. Hæc thiara, vel hic thiaras rę, genus mitrę quo Phryges solebãt vti. Iuue. saty. 3. Cingitur & Phrygia vestitur bucca thiara. Vergil. 7. æneid. More daret populis sceptrumq3 sacerq3 thiaras. Phalarica genus machinæ quo olim in bellis vtebãtur. Luca. libro. 6. Hunc aut tortilibus vibrata phalarica neruis.

Megarus Amarus Auarus. Amaracus Caluaria Baleares Caphare⁹ zodoara Palara Thiara Phalarica

¶ Documentum.

Inarime, angario, margarita, denariusque
Ponere rite potes, veluti tua metra requirunt.

Inarime ¶ Quattuor dictiones in textu a, ante r, in medijs variãtur. ¶ Inarime vel inarima, insula est in sinu Cãpano, habens montem ignitum sub quo Typheus gygas iacere dicitur. Vergili. 7. æneid. Inarime Iouis imperijs imposita Typheo. Lucre. 3. Exundat late totis inarima cãpis. ¶ Angario Angario angarias cogo & compello Seduli. lib. 3. Angariãt reges vbi nil data fœdera prosunt. Prudẽtius de Apostolis. Vocibus expressis angariat in de Philippum. ¶ Margarita preciosa est gemma: quia neq; hic neq; alio quocunq; loco (de nomine proprio loquor) nisi inquãtũ appellatiue su mi recte potest. Prudentius in Psycomachia. Margaritarum ingens opi busq; & viribus arce. Philelphus in satyris. Occurret reduci leto marga rita vultu. ¶ Denarius, moneta satis nota, pro qua & hoc denariũ recti⁹ forte dicis. Mart. in xenijs. Hãc volo quã redimit totam denarius alter. Idem. Denarius tamen hãc non emo basse tribus, vbi synæresin nonnulli esse volunt, qua tamen nihil opus esse arbitror.

Margarita. Denarius.

¶ A, ante s, in medijs.

A, super s, curta, parnasus, amasis, agaso.
Et colocasia, omasum, occasio, amasius educ.

A, ante s ¶ A, ante s, in medijs corripitur: vt gymnasiũ, parasiũ, damasus. ¶ Ex cipiũtur septẽ dictiões in textu. ¶ Parnasus mons est Boetię Baccho & Phœbo cõsecrat⁹. Oui. 1. metha. Noĩe parnasus, superatq; cacumine nu bes. ¶ Amasis olim cõe ægyptiorũ regũ. Luca lib. 9. Non mihi pyrami dũ tumulis euulsus amasis. ¶ Agaso curator asinorũ vel equorũ. Persi⁹ saty. 6. Vertigo facit hic dama est non tressis agaso. ¶ Colocasia, casiæ, vel colocasium genus floris & herbę. Verg. in Bucc. Mixtaq; ridenti co locasia fundet achanto. ¶ Omasum quoduis intestinum. Bapti. in Buc co. Verum tam rudis es, tã pleno inflatus omaso. ¶ Occasio fortuna vel causa. Catho pro pueris. Fronte capillata post hæc occasio calua est. ¶ Amasius concubinarius, amasia concubinaria. Philelphus in satyris. Non venerem attrito sectatur amasius euo.

Parnasus. Amasis Agaso Colocasia Omasum. Occasio Amasius.

¶ A, ante t, in medijs.

A, ante t.

A, t, corripies, hinc atius, aticus, ator.
Atim, atus, cum leucate, callatia, demes.
Et collacatia, cerathus, pirata, palatus.
Cum fabrateria, egates, erymatho, elegato.
Atque croatia, siue tiphata, reate, nyphates.
His sabbatia: vel palatia, siue grabatum.

Vasateque,theacus,& æ,tegeaticus addes.

A,ante t,in medijs corripitur:vt calathus,cyathus,grammaticus,&c. Excipiuntur primo nomina in atius,atia, atium:vt farinatius, frumentatius,vinatium,&c.Secundo nomina in aticus,atica,aticum, vt flegmaticus,aquaticus,viaticum &c.Tertio nomina in ator quæ ab alijs nominibus descendunt,quia de verbalibus satis patet inter crementa, vt aleator,senator,vectigator,&c Quarto aduerbia in atim:vt vicatim,frustatim,affatim,&c.Quinto nomina vel participia in atus,ata,atum: vt tunicatus,tunicata,tunicatum,habituatus,habituata,habituatum,prętextatus,prętextata,prętextatū,&c.Sexto excipiuntur vna & viginti dictiones quæ in textu habentur. Hæc leucate leucates,vel hæc leucata leucatę nomen est montis.Vergilius tertio æneidos. Mox & leucate nymbosa cacumina montis.Callatia oppidum campanię.Silius libro octauo. Condita nec paruis aberat callatia muris:Sed Collatia oppidulum est Italiæ. Ouidius de tristibus.Hinc collatinos obsedit milite colles.Cerathus Crethæ fluuius. Verg.in priap.Cerathi gelidas tristis spaciatur ad vndas. Pirata marinus raptor siue prędo. Lucan.libro secundo.Omne fretū metuens pelagi pirata reliquit.Hic palatus vel hoc palatū pars oris satis nota.Persius satyra prima.Elicat & tenero supplantat verba palato.Fabrateria oppidum Italiæ.Iuuenalis satyra tertia.Aut fabrateriæ domus,aut frusinone paratur.Egates insulę Oceani.Sil.lib.1.Flore virens auet Egates abolere parentum.Erymathus fluuius gręcię.Ouid.2.metha. Et celer isthmenos cum phocayco,erymatho.Elegatus nomen piscis. Auson. in epy.Ludebat nitidis velox elegat⁹ ī vndis.Croatia regio ad hiberniā Corn.de vita alex.Heu nimis elato sibi rege croatia fidit.Tiphata,torū, sine singulari mons est prope capuā in italia.Verg.de æthna.Cunctis delicijs læta tiphata tenes.Hoc reate reatis oppidū vmbriæ, in quo Vespasianus natus scribitur.Stat.in syl.Nō ita sanguinea feritate reate peribit Hic nyphates vel nyphata fluuius Thessalię.Lucre.lib.8.Est tibi pergelidus cum spergat membra nyphates:pro eodem hypates & hypata recte dicis.Sabbatia stagna sunt prope Romā.Silius lib.viij.Quiqꝫ tuo flauina focos sabbatia quiqꝫ &c.Palatium regium est domicilium.Baptista parthenice ma.Et vaticani romana palatia saxi.Hic grabatus vel hoc grabatum lectica est siue strata,siue nō strata.Verg.in moreto. Membra leuat sensim vili demissa grabato.Vasate fluuius & oppidum Assyriæ.Lucil.libro septimo.Vasates celerem legio currebat advndam.Theatus oppidū Tuscorum.Bapt.de Alph.Hæc tibi sacra meo sunt deriuata theato.Hæc Theate theates,nomen nymphę.quod per particulam æ,in textu intelligitur.Lucil.saty.5.Brachia porrexit longe formosa theatę. Tegeaticus mercurius a tegea oppido archadiæ, in quo colebatur.Lucret.lib.7.Venit felici gaudens tegeaticus aura.

Leucate
Callatia.
Collatia
Cerathus.
Pirata
Palatus
Fabrate.
Egates.
Erymathus
Elegatus
Croatia
Tiphata
Reate
Nyphates.
Sabbatia
Palatium
Grabatus.
Vasate
Theatus
Theatę
Tegeaticus.

❡Documentum.

Ates,duc strato,atque bates,crata,sarmata curtes.

❡Nomīa in ates,siue singularis siue pluralis sint numeri mediā lōgāt: vt achates,nyphates, teuthates,&c. Item penates,optimates,primates,

Excipiuntur primo quæ a stratos.i.exercitus componuntur:vt calystra tes,serestrates,paristrates,&c.Secundo quę a bates.i.ambulans deducun tur:vt schœnobates,heurybates,ichnibates,&c.Tertio quæ ex crates.i. robur conflantur:vt Socrates,Hypocrates,Xenocrates,&c.quibus addi tur Sarmates vel Sarmata populi nomen.Mart.lib.1.Venit & epoto sar mata pastus equo.

¶A,ante u,in medijs.

A,super u,produc:patauum,durauum,breuiando.

¶A,ante u,in medijs producitur:vt octauus,ua,uum,octauius,uia,uiū. Excipiuntur duę dictiones in textu. ¶ Patauum,vel patauium vrbs Ita liæ,quā Athenor condidit:& in qua Titus liuius natus fertur:nunc Pa duam appellant.Verg.1.æneid.Hic tamen,ille vrbem pataui sedesque lo cauit.Durauus nomen fluuij thessaliæ.Lucan.lib.ix.Mox dulces pariter duraui referuntur ad vndas.

Patauum

Durauus

¶Documentum.

Tu batauus,tetauus,pones vt metra requirent.

¶Duæ dictiones in textu a,super u.in medijs variāt. Batauus populus germanię,holādinū nūc vocāt.Luc.lib.1.Vāgiones batauiq; truces quos ęre recuruo.Iuue.saty.8.Hic petit euphratē fluuiū domitiq; bataui.Te tauus nomen herbę.Macer.Huberibus tumidis tetaui medicamina fiant Lucre.lib.3.Vulneribus nostris non excoxere tetauum.

Batauus

Tetauus

¶A,in vltimis syllabis.

A Fini curtum vox flexa dabit,nisi sexto,
Et quinto cui primus in as,vel in es,modo fertur.

¶A.in fine dictionis casualis breuiatur:vt arma,dogma,noīa &c. Exci piuntur primo ablatiui in vndecūq; veniant:vt ab hac maria, ab hoc An drea,ab hoc anchisa,&c.Secundo excipiuntur vocatiui nominum quę in as,exeunt:vt o Thoma,o ænea,o athla,&c. Tertio demuntur vocatiui nominum quorum nominatiui in es tantum terminantur: vt o anchisa, o manassa,o plana,&c.Dico autem in es tantum:quia si in a,quoque no minatiuus terminaretur:secus esset,vt illico dicam.

¶Documentum.

Quod fit in e,vel in es,& in a,rectos variabit.

¶Gręcū nomē quod in e,& in a,sine discrimine terminatur:sicut tegę vel tegęa,nemęe vel nemęa,foloę vel foloa,&c. Quodq; in es vel in a,si ne differentia exit:sicut hic planetes vel planeta,cometes vel cometa,Se rastes vel serasta,&c. Variat a,in fine nominatiui & vocatiui singulariū.

¶Regula.

A,sine casu educ:ita,cum quia,& eia,remotis.

¶A,in fine dictiōis nō casualis ꝓducit:sicut e verbo:vt ama,edifica,&c.

In aduerbio vt vna, antea, frustra &c. In coniūctione vt pręterea, interea propterea &c. In prępositione vt citra, circa, erga &c. In interiectiōe: vt haha, eua, raca &c. Hic addere potes monosyllabū nomē, mna, cui⁹ tamē exemplū apud poetas nō inuenio, mina enim per duas syllabas illi recti⁹ aiunt. Excipiuntur hic tres particulæ in textu quæ sunt satis notæ.

¶ Differentia.

Longo putat ternæ partis, breuio puta quartæ.

¶ Puta tertię. j. verbi partis finē producit. Luca. lib. 4. I. nūc vana puta cecasq; emittere fraudes. Sed puta quartæ. j. aduerbij partis pro certe, posteriorem corripit. Persi. saty. 4. Hoc puta non iustum est illud: male rectius istud. ¶ Dic ergo puer. Nil de fratre puta: vel puta stultus eris. Puta

¶ Documentum.

Postea, cumque vltra, contra, seu ginta mouetur.

¶ Tres dictiones in textu. & numeralia quę terminātur in ginta finalē syllabā habent cōmunē. De postea. Senec. de her. fu. Postea seuos peperit dolores (saphicum est) Ouid. li. 1. fastorū. Postea mirabar cur nō sine liti bus esset. De vltra. Iuuenal. saty. 2. Vltra sauromatas fugere hinc libet & glacialem. Serenus Cura nil prodest nec ducitur vltra cicatrix. De ecōtra Verg. 1. æneid. Carthago Italiā contra tyberinaq; longe. Marc⁹ maniij⁹ lib. 2. Contra iacet cancer patulā distentus in altum. De noīe ginta. Oui. de trist. Non triginta dedit pro tantis verbera noxis. Vergil. 7. ęneidos. Triginta capitum fetus enixa iacebit. De his autem quæ exeunt in ginta multa plęriq; grammaticorum distant quæ ego sane prorsum irrideo.

τέλος.

¶ IN TE IESV SPES MEA RECVMBIT.

Petri pontani Cæci Brugensis. In artem Versificatoriam. Liber Quartus.

¶ De littera, E, in primis, medijs, & vltimis syllabis.

¶ E, ante, b, in primis.



vrtat, e, b, vates, hinc thebus, debeo thebas,
Sebetus, thebe, plebes, ebosita, cœbus,
Hebudes, phœbe, sebinus, debilis, hebæ,
Bœbeis, bœbus, debœ, bœbe, ebria, phœb⁹.
Posthæc q̄ sibi pręmittūt duo cōsona demas
Cū trebia, phlebotū, excipias gn̄alia signes.

¶E, ante b, in primis breuiatur: vt nebulo, nebula: ebur &c. Excipiuntur primo decem & nouem dictiones in textu. ¶Rhebus rhebi. equus fuit mesentij. Verg. 9. æneid. Rhebe diu res si qua diu mortalib⁹ vlla est. Debeo debes, obligor obligaris. Bapt. de gō. Vna lege omnes morti descendere debent. Hic rhebas rhebe, fluuius macedonię. Vale. flac. lib. 4. Littora longinqui quę exirēt flumina rhebe. Sebetus: fons & fluuius apud neapolim. Stat. 1. sil. Ebois & pulchra tumeas sebetus alūna. Thebe thebes: vrbs ægypti. Iuue. saty. 3. Atq; vetus thebe centum iacet obrupta portis. Theba thebe, vel he thebe thebarū, vrbs boetię quā cadmus cōdidisse fertur. Stat. lib. 8. thebaid. Viue superstes ait direq; ad mœnia thebe. Idem li. 11. Aut danais adijsse rogos aut pręlia thebis. Plebes plebei est plebs siue popul⁹. Luca. lib. vlti. Hoc vaga precipiti plebes excita tumultu. Ebosita mel ex arundinibus productū. Cor. de vita Alexan. Cæcropia fragās ebosita feruet hymeto. Cœbus nomen gulosi lurconis. Ausonius in epy. Distinguit solidos cœbo pręeunte trientes. Hæbudes hæbudiū. sine singulari, insule sunt oceano. Sta. in syl. Hębudes multa vi tēpestatis agūtur Hæc phœbe phœbis luna. Verg. 1. Geor. Ventus erit vento semper rubet aurea phœbe. Sebinus italię lacus. Mart. li. 5. Iādudum exundat ripa sebinus aperta. Debilis nō fortis & caducus. Bapt. de morte. Stulta quid hoc tantum debile corpus amas. Hæc hebę hebes latine pubertas. Fuit & hoc dicta nomine herculis vxor & picerna iouis. Proper. lib. 2. Nō tales superis hebæ crateras adornat. Bœbeis idis vel idos. thessalię pal⁹. Luc. in. 7. Ire per oceani rapidus bœbeida sanguis. Bœbus: cōmune latronis nomē apud sabinos. Luci. lib. 3. Viue caue plenā ne arreptet bœbus ad archam. Debœ, debœs insula orientis. Proper. 2. Si te coaiuuat cebarumq; aurea ripa. Bœbe, bes. thessaliæ vrbs & palus Lucre lib. 7. Sic iocosa ferax expandit littora bœbe. Ebri⁹ ebria ebrium. extra mensurā latine interpretatur. Persi⁹ saty. 5. Ebrius ante fores extincta cum face cāto. Phœbus apollo sol. Ver. 3. ęnei. Phœbe graues troie semper miserate labores. Secūdo excipiuntur illa quæ habent duas cōsonantes ante, e, vt creber, crebra, crebrum gleba, fleba &c. Duo tamen eius generis primā corripiūt. Threbia fluui⁹ cisalpinę gallię. Sili. lib. 4. Planiciē metuens threbiā collesq; petebat. Phlebotū vel phlebotomō, illud est ferrum quo fit phlebotomia q̄ est vene incisio ad diminuēdū sanguinē pro calore tēperando. Bap. de alphon. Nō rubro toties phlebotomon sanguine spumat. Notētur hic & vbiq; alias generales regulæ de liquidis vt hebrus. de proprijs, zebedeus. de deriuatis vt debilitas quod ideo frequēter repeto quia multos videre est qui sua volumina eiusmodi dictionibus per generales regulas sufficienter explicitis impregnari toto conantur ingenio.

Rhebus · Debeo. · Rhebas · Sebetus · Thebe. · Theba. · Plebes · Ebosita · Cœbus. · Hæbudes. · Phœbe · Sebinus · Debilis · Hebæ · Bœbeis · Bœbus. · Debœ · Bœbe · Ebrius · Phœbus

¶E, ante, c, in primis.

E, c, breue est, pre, me, te, se, ve, tecula, sthecas.
Cum theca, mechus, fœcundus, secius, echo,
Lechytus, ac imbecillis, cecilia, græcus.

Cæcia,pœcilos,pœcile,œchalia,fecis,

Secula,phecasius,vel cæcuba,ceculus,œcos.

Cœcinos cum deductis producere debes.

¶ E,ante c,in primis corripitur vt spec9,precor,speculum &c.Excipiũtur primo composita ex quinqȝ particulis quæ in textu habẽtur. scilicet præ,vt præcox,pręcordia,pręconium &c.Me vt mecum,te vt tecum,se vt secum,securus,secors.ve vt vecors,vecordia &c.Secũdo excipiuntur. Duę & viginti dictiones in textu. ¶ Recula: diminutiuũ est a noĩe res. Sedu.de iudeis.Nostra sub interitũ iã tandem recula fluxit.Sthecas hui9 sthecadis vel dos insula est ad hostium rhodani.Luc.libr.3. Sthecados arua tenent necnõ & grata iuuctus.Theca gręce latine repositoriũ.Mar. in apophoretis.Sortitus thecã calamis armare memẽto.Mechus adulter Iuue.saty.3.Claudius accuset mechos catilina cethegũ.Fœcundus da.dũ. est fertilis & plenus.Hora.in epist. Fœcundi calices quem non fecere disertum.Secius negatiuũ aduerbiũ.i.minus.Verg.2.Geor. Indulge ordinibus nec secius omnis in vnguẽ.Hęc echo hui9 echus:vocis est repercussio vel dea vocũ.Persi.saty.1.Euion ingeminat reparabilis assonat echo. Lechytus lagena oleũ cõtinens.Lucil.lib.10.Lechytus extrema dudũ vacuatur amurga.Imbecillis & hoc imbecille,vel imbecillus,la,lum.est debilis quasi bacillo(vnde componitur)indigeat.Hora.sermo.17.Imbecillis iners si quid vis adde popino.Cecilia,mulieris,serpentis,& hęrbe nomẽ Catullus in epist.Excipit ęratos gremio cecilia mechos.Gręcus gręca cũ. ex græcia. Persi.saty.5.Et centum gręcos curto centusse licetur.Hic Cęcia vel cæcias cie.ventus qui nubes ad se trahit.Lucre.lib.3.Femina vana mares raptat quasi cæcia nubes.Pœcilos,lis.nomen lapidis.Latine vari9 interpretatur.Lucre.libro.7.Auro conclusus digitum pœcilos habebat Pœcile pœcilis Atheniensis est porticus discutiendis causis aptus. Corneli9 de vita Alexan.Ex templo super his mentes pœcile voluptat. Oechalia nomen variarũ vrbiũ quarũ precipua est in boetia.Sta. in theb.7. More repentino lapsa est œchalia pessum. Fex fecis. cuiuscũqȝ humoris excrementũ.Persius saty.4.Pannosam fecem morientis sorbet aceti.Seculum spatium centum annorum. Baptist.Parthe. Mar.1 .Hæc duo lustra putat duo secula sustinet egre. Phecasius sacerdos cothanus deæ apud athenienses quæ ritu spurcissimo colebatur.Iuuena.satyra.3.Phecasianorum vetera ornamenta deorum.Cęcubi cãpanię populi.Vnde Cęcubus cęcuba bum,optimus mã.mum.quando refertur ad vinũ.Martia. in epy.Cæcuba fundanis generosa coquuntur amicis.Ceculus preneshine vrbis conditor.Sta.in thebai.2. Tũ vigil egregiã cõdebat ceculus vrbẽ. Oecos latine domus dicitur hinc.Oeconumus est rector dispẽsator domus.Oeconomicus,ca,cum,est vniuersalis.Ouid.de trist.Diruta belligeris viribus œcos erat.Cœcinos: fluuius & Cœcinum oppidũ locrensib9 propinquum.Corne.de vita alexã. Tum subitis cœcinos aquis res mira tumescit.Subieci autẽ cum deductis quia ab his quæ in textu sunt plurima deriuãtur,de quibus eadem est regula.Vt a gręcus,gręcia,gręcę,grę

Recula
Sthecas.
Theca
Mechus
Fœcund9
Secius
Echo
Lechytus.
Imbecillis
Cecilia
Græcus
Cæcia
Pœcilos
Pœcile.
Oechalia.
Fex
Seculum
Phecasius
Cæcubi
Ceculus
Oecos
Cœcinos

essor, saris. graecanicor & similia.

❡Differentia.

Produc echion augur, rape miles echion.

Echion ❡Echion echionis vel echiontis quãdo est auguris nomen primã producit Auso. in epy. Rectius echion non diuinauerit augur, sed quãdo nomen militis qui fuit socius cadmi eandem corripit. Sta. in thebai. 10. Atq̃ vtinam thebas nunq̃ vidisset echion. ❡Dic ergo puer. Praetulit echion qua morte periret echion.

❡Differentia.

Qua cernis breuia, qua fidis specula produc.

Specula. ❡Specula specule pro loco vnde ꝓcul speculatur primã corripit. Ver. in bucco. Preceps aerij specula de mõtis in vndas. Sed specula diminutiuum a noĩe spes eãdem producit. Claudia. in epist. Casibus in tãtis specula nulla manet. Dic ergo puer. Desilit, e, specula quẽ ꝓrsus specula liquit

❡Differentia.

Duc cecus nomen, breuia secus absque reflexu.

Cecus ❡Cecus, ca, cum. priorem habet productam siue dicatur de eo qui nõ videt. Ouid. de arte. Cecus es & cecos iactas in corda furores, siue de eo qđ non videtur. Verg. 4. aeneid. Vulnus alit venis & ceco carpitur igni, siue de eo quod nõ permittit videre. Sta. 4. theba. Inseritur tenebris & ceco

Secus. cõditur antro, sed Sec⁹ aduerbiũ pro aliter, & prępositio pro iuxta, vel prope eandẽ corripit. Ver. 9. ęnei. Haud secus ac iussi faciũt pater ipse latinus. Claudian⁹ de laud. steph. Arboris vmbrose ramos secus ille sedebat ❡Dic ergo puer. Cecus qui Secus optat: q̃ secus esse tonantem.

❡E, ante, d, in disyllabis.

Longat, e, d, dissyllaba vox, scheda deme pedumque.

❡Dissyllaba dictio producit, e, ante, d, in primis vt foedus, pedor, hedus

Scheda. &c. Excipiũtur duę dictiões in textu. ❡Scheda illud est extimũ foliolũ quo literę cõcludũtur & pro missili epistola sumitur. Catul. in epy. Nõ

Pedum scheda nostra tuas tetigit fidissima mentes. ❡Pedũ pedi. pastoralis baculus quo pedes ouiũ capiũtur. Verg. in buc. At tu sume pedũ quod mecum sepe rogaret. sub illo autem continetur pes pedis, & quicquid ab eo deriuatur. Verg. 1. Geor. Ferte pedem faunicq̃ simul dryadesq̃ puellae.

❡Differentia.

Verbum pedo moror, sed corripio pedo nomen.

Pedo ❡Pedo pedis verbum est crepitum per posticũ facio & priorẽ ꝓducit Mar. lib. 6. Cũ vult egregię resoluto podice pedit. Sed pedo pedonis nomen est qui latos habet pedes & eandẽ corripit. Mart. lib. 7. Propterea

magnum minus extimuere pedonem. ¶ Dic ergo puer. Sum licet ipse pedo, nunquam quasi fœmina pedo.

¶ Differentia.

Perfectum produc: sed truncatum cedo curta.

¶ Cedo verbũ integrũ pro quouis significato priorẽ habet productam quia cedo cedis cecidi cesum. est percutio. Persius saty. 4. Cedimus inque vicẽ prębemus crura sagittis. Cedo cedis cessi cessum, est locũ alteri relinquo. Verg. 6. æneid. Tu ne cede malis: sed cõtra audentius ito. Sedo das est pacifico ficas. Bapt. in buco. Dum sedare sitim properas te maior in vmbra. Sed cedo defectiuũ est dic, vel da, & eandem corripit. Pers. sat. 2. Hęc cedo vt admoneã templis & farre libato, &c. ¶ Dic ergo puer. Cedo bonis, sedoque malos, quid tu cedo faxis. Cedo

¶ Differentia

Simplex curtat edo: sed compositum trahis edo.

¶ Edo es, est figuræ simplicis. i. mãduco cas, & priorem breuiat. Mart. in apoph. Quatuor hi suibus plura frequenter edunt: sed edo edis edidi editũ cõpositũ ab e & do das, est cõpono, emitto, & pario, & eandẽ producit. Verg. in buco. Nec nostri generis puerum nec sanguinis edunt. ¶ Dic ergo puer. Qui moderanter edunt: sua dicta sagatius edunt. Edo

¶ Differentia.

Sedes produco: nisi de sedeo pariatur.

¶ Sedes vndecũq; veniat priorẽ habet productã. Nã cedes dis, est percussio vel occisio. Verg. 6. æneid. Nostrorũ obruimur oriturq; miserrima cedes. Sed sedes dis, locus est qetis. Verg. in. 6. Fortunatorũ nemorũ sedesq; beatas. sedile tñ primã corripit. Verg. 1. æneid. Intus aquæ dulces viuoq; sedilia saxo. Cedes autẽ a cedo iã satis liquet: sed sedes a sedeo breuiatur. Prudentius ad virginem mariam. Sublimi solio glorificata sedes. ¶ Dic ergo puer. Sede sedes: sed si cedes quem, cede peribis. Sedes

¶ E, ante d, in polisyllabis.

Ante d, corripies e, si sint polisyllaba: demptis

Edonis, hemyledes, edonus, pedasus, inde

Ceditio, sedentanus, lœdoria, posthæc

Dedala, medoacus, medea, vel edipus, istis

Sedulus, hedeus, ac epyrhedia, dedalus, addes

Et quicquid pæs, aut phędros vox græca ministrat.

¶ Polisyllaba dictio corripit e, ante d, in primis: vt medicus, meditor, ditaris, medeor, deris, &c. Excipiuntur primo quindecim dictiones quę in

Edonis textu habentur. ¶ Edonis sacerdos Bacchi quæ furore percita sacrificabat. Stat. 4. thebaidos. Edonis ogygio decurrit plena lieo. Hedymeles lis dulcis cantus explicatur, estque generale nomẽ omnium dulce modulantium. Iuue. saty. 6. Quo tenet hedymeles operã dedit, hunc tenet hoc se &c. Edonus edoni mons & populus thracię. Ouid. 5. metha. Edonos penetrans boreas maria omnia nouit. Pedasus oppidũ thessaliæ. Vale. flac. lib. 5. Pedasus huc portis proceres emisit apertis. Ceditio discors, tumultus populi. Verg. 1. æneid. Ceditio seuitque animis ingnobile vulgus. Sedentanus hyspanię populus iuxta nouam Carthaginem. Sil. lib. 3. Sedentana cohors quã sucro rigentibus vndis &c. Lœdoria detractoria loquacitas. Baptista de gonsa. Iustos sæpe animos lœdoria falsa notauit. Dedala sine singulari sunt montes inter cretam & italiam. Lucret. ix. Non sic præpetibus transiuit dedala pennis. Medoacus populus Scotię. Bapt. in exhor. Medoaci post terga ruunt & spicula vibrãt. Medea Iasonis vxor: sed pro quacunq; venefica muliere sumi potest. Horat. de arte. Si medea ferox, Io vaga, flebilis Ino. Edipus edipi vel edipos & edipodes edipode tumentes habens pedes explicatur: quo nomine & rex thebarũ spingos victor dictus est. Lucil. saty. ix. Edipus extremas docuit sic vltimus artes. Sedulus, sedula, sedulum, diligens & fidus quasi sine dolo. Horat. de arte. Feruidus an matrona potens, an sedula nutrix. Heduus populus Galliæ, quem hennonium dicunt. Cecil. lib. 8. Heduus ecce ruit prolatis vndiq; signis. Epyrhedium, rheda siue currus in quo heroides protectæ vehuntur. Corne. de vita Alex. Tempore non illo nobis epyrhedia quadrant. Hic autem id nominis propter solam partem cõpositionis quæ est rhedium assignatur. Dedalus dedala dedalum, est subtilis cautus & ingeniosus, quo nomine dictus architectus ille qui laberyntum construxit. Verg. 7. æneid. Dedalus, vt fama est, fugiens minoia regna. ¶ Secundo excipiuntur omnia quę a pæs huius pedos, id est puer: vel a phedros, id est pulcher deducuntur: vt pedagogus, id est puerorum ductor, pedagogium pueri obsequium, pedagium puerorum domus, collegium vocant, pędia puerorum eruditio. Sic etiam pedico pedicas, pedico pediconis, pedere stes &c. de quorum significato satius est tacere, q̃ loqui. Item phedria. i. pulchritudine florens, phedra pulchra nimis, & similia.

Margin: Edonis | Hedymeles. | Edonus. | Pedasus | Ceditio | Sedentanus. | Lœdoria. | Dedala | Medoac⁹ | Medea. | Edipus | Sedulus | Heduus | Epyrhedium. | Dedalus

¶ Differentia.

Dat medeor medicus: sed media medicus edit.

¶ Medicus, ca, cum, a medeor mederis primam corripit. Bapt. in buco. Ite procul medicę non sum sanabilis artes. Sed medicus, ca, cum a nomine Media pro regione eandem producit. Lucan. lib. 8. Velamenta vides partus per medica rura. ¶ Dic ergo puer. Hic bonus est medicus cui fructus medicus astat.

Margin: Medicus

¶ Differentia.

Mobile corripio: sed fixum media longo.

¶ Media adiectiuum primam breuiat. Iuue. sat. 3. Emicat & fulcum media deducit arena. Sed media substantiuum pro regione eandem longat.

Margin: Media

Verg.2.Georgi.Media fert tristes succos tardumq; saporem. Dic ergo puer.In terra media letos dat media fructus.

¶E,ante f,

E,super f,vates breuiant, tamen esula produc.

¶E,ante f,in primis corripitur:vt nefas,nefandus,nefast⁹ &c. Esula tñ primã habet productã.Estq; insula in oceano.Marti.libro.3. Non ita se motas disterminat esula terras.Nõ autẽ me latet hec & similia oĩa p ph aspiratum posse scribi:vt plerią; censent verũ ego regule fauco. Esula.

¶E,ante g,in primis.

Curtat e,g,vates:hinc æger,regula,dego.

Rhegion,hegaleos,egates,tegula,slege,

Legitimus,regaliolus,vegrandis,& ægros.

Aegypsos,simul ægyptus,reginaque dictis.

Nœgeus,cum segeria, regillus adesto.

¶E,ante g,in primis corripitur: vt legio,regio,greges &c. ¶Excipiũtur decẽ & octo dictiões in textu. ¶Aeger ægra ægrum,dolẽs & infirmus. Ver.in Buc.Proten⁹ ęger ago,hãc etiã vix tityre duco. Regula directio,Lucre.lib.3.Virt⁹ in vitiũ refugit nisi regula detur. Dego degis, mãdo & viuo.Vergi.4.æneid.Degere more fere tales nec tãgere curas. Rhegion,oppidũ Brutiorũ. Ouid.14.Metha.Rhegion ingreditur feruentesq; edibus vndas.Hegaleos mons Atticus.Papi.12. Theb. Diues & hegaleos nemorũ pernesq; benignus.Egates insulę sunt in Libya. Silius libro primo.Flore virens auet egates abolere parentũ.Tegula latericius lapis quo tęctũ domus tegitur.Iuuena.satyr.3.Vltimus ardebit quem tegula sola tuetur.Hæc slege sleges per duas syllabas oppidũ Aphrycę.Prifscianus in perihegesi.Condita temporibus multis perit ardua slege. Legitimus legitima legitimum,a nomine lex legis est regalis siue regularis. Horatius de arte.Legitimũq; sonum digitis callemus & aure. Regaliol⁹ auicula quã regem auium dicunt.Ouidi.de fast.Hic regaliolus summissa voce canebat. Vegrãdis,valde magnus.Persius saty.1.Iratum eupolidem vegrandi cum sene palles.Aegos ægi capra,vnde prope infinita deriuantur:vt ægonomus, id est caprarũ custos,ægloga sermo de capris. Aegeõ mare in quo sunt montes & scopuli figurã caprarũ referẽtes. Persi⁹ satyra.5.Aegeon rapias nisi solers luxuria ante Aegypsos oppidũ græcię, quod ægypsius condidit.Ouid.in primo de ponto.Caspius ęgypsus de se si creditur ipsis.Aegypt⁹ regio.Sta.7.theb.Aegyptus rapidas misit tibi nile cohortes.Regina quæ regnum moderatur.Hor.in epistolis.Vnica cunctarũ regina pecunia rerum est.Nœgeus substantiuũ est pãniculus quem nasitergium vocãt,vt in hoc Liuij.Lachrymas de ore nœgeo tersit.sed Nœgeus adiectiuum est candidus & pulcher.Vergilius in ethna. Egregios vult⁹ nœgeaq; corpora seruãt.Segeria vrbs Thessalię. Corne-

Aeger. Regula. Dego Rhegion. Hegaleos. Egates. Tegula Slege Legitim⁹. Regaliol⁹ Vegrãdis. Aegos Aegypsos Aegyptus Regina Nœgeus

Segeria. lius de vita Alexan. Segeriãq; petit comitat⁹ milite pauco. Hic regill⁹ & hęc regilla pro eodem genus est vestis, qua Armenij solent vti. Sicilius li

Regillus bro vltimo. Aureus ipsa virum regillus corpora velat.

¶ Differentia.

Produco primæ, sed corripio lego ternæ.

Lego ¶ Lego legas primę inflexionis est mitto, vel in testamēto relinquo, & priorem producit. Lucret. lib. 7. Exquisita tenet proiectaq; corpora legat. Sed lego legis tertiæ est transeo, furor, colligo, libros perlustro, eandemq; corripit. Verg. in Bucco. Siue orā illirici legis equoris inerit vnq̄ Idem. Qui legitis flores, & humi nascētia fraga. ¶ Dic ergo puer. Quãquam pauca lego de vertice plurima lego.

¶ Differentia.

Pegasus elongatus equus, vir pegasus anceps.

Pegasus. ¶ Pegasus alatus equus Persei, qui musarū fontē in monte Pernaso effodisse fingitur, primā longat. Oui. 5. Metha. Vera tamen phama est, & pegasus huius origo. Sed Pegasus viri proprium primā habet cōmunē. Verg. 10. ęnei. Tum lyrim pegasumq; super quorum alter habenas. Iuuenа. sat. 4. Pegasus attonite positus modo villic⁹ vrbi. ¶ Dic ergo puer En pegasus cecidit quem pegasus ante ferebat.

¶ Differentia.

Verbum curto regis, sed nomen protraho regis.

Regis ¶ Rego regis priorem corripit. Verg. 1. Gęor. Eternis regis imperijs, & fulmine terres. Sed genitiuus regis alijq; casus eādem producunt. Idem octauo. Ducimur ad sūmi præciosa palatia regis. ¶ Dic ergo puer. Quãquam multa regis non monstras debita regis.

¶ Differentia.

Anceps vir. regulus, sed serpens rexque moratur.

Regulus ¶ Regulus viri proprium primam variat. Marti. lib. 2. Tu tamen hunc fieri si mauis regulę primum. Sedulius lib. 2. Post regulus rato quidē moriente rogabat. Sed regulus serpens vel diminutiuum a rex regis primā semper producit. Baptist. in tropheo contra Gallos. Colla virēs illic mala toxica regulus efflat. Verg. in Priapeis. Rex qui magnus erat quondā, vix regulus extat. ¶ Dic ergo puer. Prouideat regulus ne vitæ regulus obsit.

¶ E, ante l, in dissyllabis.

E, super l, tardant dissyllaba, sed chelys inde.

Et celer, atque celox, helos, & gela, vel felo demas.

Et gelos, atque gelu, vel helox, melas, melos istis.
Ac scelus, inde meles, scelos, & stelis, ac velut addes.
Cumque meli, coniunge velim generalia signes.

¶ Dissyllaba producunt e, ante l, in primis: vt celum, velum, felix &c. Excipiuntur decem & octo dictiones in textu. Chelys. testudo vel cythara. Claudianus de laude poetices. Mouit apollineam dextera docta Chelym. Celer velox. Ouidius de arte. Quo tibi mandatum est perge, redi[que] celer. Celox celocis: vel hæc celonis nauicula est a celeritate sic dicta. Baptista in syluis. Hic per stagna celox præcipitata fugit. Enni⁹. Labitur vnda carina per equoraque alta celonis. Helos oppidum Græcię. Lucretius libro nono. Formidabatur helos cum surgit robore tanto. Gela oppidũ & fluuius Siciliæ, cuius populi etiam gelæ vocantur. Silius decimoquarto: Venit ab amne trahens nomen gela venit & hesa. Felo felis, vel felio felis, proprium est pardi. Ouidius de philomela. Panther caurit amans: pardus hiando felit. Gelos huius gelatos risus hinc gelastus risibilis, agelastus irrisibilis. Lucretius lib. nono. Principijs hominẽ fecit natura gelastum. Hoc gelu: hoc gelum: vel hic gelus pro eodem. Ouidius de tristib⁹. Pectora torpenti diriguere gelu. Lucretius libro sexto. Demittit quasi sede gelum quod continet in se. Cornelius de vita Alexand. Seuus hiperboreo cuneis gelus axe ruebat. Helox helocis nomẽ canis: vigilans interpretatur. Mantuanus de Alphonso. Heu nescis quid profit helox dum limina seruat. Melas montis & fluuij nomen. Ouidius de arte. Mitior ancipiti voluitur amne melas. Hoc melos dulcis cantus. Lactantius de resurrectione Christi. Fitque repercusso dulcior aura melo. Scelus sceleris peccatum. Ouidius decimoquinto methamorphoseos. Heu quantum scelus in viscere viscera condi. Meles melis vel tis, fluuius Lydię. Statius in syluis. Fonte meles hermique vadum quo lydius intra. Scelos est crus cruris. Ouidius de arte. Ah mihi quam seuo lęditur vngue scelos. Stelis stelidis vel stelidos auiculæ nomen, & deæ iuuentutis. Lucilius libro tertio. Sæpe stelim nostrę recticem posce iuuentę. Velut veluti aduerbium similitudinis. Verg. primo ęneid. Ac veluti magno in populo cum sępe coorta est. Meli sine declinatu est mel mellis: sed in sola fere compositione reperitur: sicut meligenes, meleander, melissus, &c. Cleophi. de cœtu poe. Nõ procul hinc dulcis placido canit ore meliss⁹. Velim, lis, lit, satis liquet. Vergilius primo ęneid. Esse velis nostrosque huius meminisse minores. Adieci autem in calce: generalia signes. propter illa quæ vel positionem habent: vt fello fellas fellator fellatoris &c. Vel propria sunt vt telo, melo, celer, &c. Vel aliunde deriuantur: vt a gelu gelidus, gelida, gelidum. Gelo gelas, gelatio gelationis, &c. Quæ tamen hic locum non habere videntur: sed ea pueros libenter admoneo: vt generales regulas præ oculis studiose habeant.

Chelys Celer Celox Helos Gela Felo Gelos Gelu Helox Melas Melos Scelus Meles Scelos Stelis Velut Meli Velim

¶ Differentia.

Fixum corripitur: sed mobile tenditur elix.

Helix Elix. ¶ Helix helicis substantiuum nomen genus est hederę & priorem corripit. Mart. lib. 3. Non nostros circundat helix florentibus hortos. Sed Elix elicis adiectiuum nomen est attrahens & fallax deductum ab elicio elicis & eandem producit. Propertius. Elix est nimium quam dicis & mala pellex. ¶ Dic ergo puer. Dum te cingit helix mulier te decipit elix.

¶ Differentia.

Produco coelum: breuio scelus inde scelesti.

Coelestis ¶ Qnia hoc adiectiuum Celestis & hoc celeste a nomine coelum & scelestus scelesta scelestum a nomine scelus sceleris plærunque in vocibus consonant, hic illorum differentiam assignare volui. Nam coelestis adiectiuū deductum ab hoc nomine coelum coeli, primam vbique producit. Verg. primo æneid. Impulerit tantę ne animis coelestibus irę. Sed scelestus scelesta scelestum quod est malus malus mala malum, eandem vbique corripit. Ouid. in episto. Pluribus interitum lingua scelesta parit. ¶ Dic ergo puer. Regno coelesti nequeunt gaudere scelesti.

¶ E, ante l, in polisyllabis.

E, super l, breuiant polisyllaba: velicer inde
Delubrum, elysium, electrum, melanthia, demas
Helias, eleus, celonion, helios, istis
Melota, elona, & pelides, pelion, addam
Theleboe, cum peligno, pelusia, post hæc
Pelamys, & cum velabro, vel pelode, iungam
Speleum, spelunca, simul variabis helios.

¶ Polisyllabę dictiones corripiunt e, ante l, in primis syllabis: vt melior, elegia, peloponium &c. Excipiuntur primo vna & viginti dictiones in textu. Velicer fluuius thessalię. Sidonius tertio panegyrico. Bructerus vluosa quem velicer abluit vnda. Delubrum templum. Ouid. de trist. Quę comes ad Scythicę vexit delubra dyanę. Elysium locus apud inferos qui beatorum & benefortunatorum dicebatur. Verg. in. 6. æneidos. Mittimur Elysiū & pauci læta arua tenemus. Electrum species metalli. Verg. in bucolicis. Pinguia corticibus sudant electra myricæ. Melanthium genus herbæ. Columella libro secundo. Hulceribus varijs etiam melanthia prosunt. Helias nomē prophetę. Deus meus interpretaturr. Baptista de Calamitat. Helias ardenti conscendit in æthera curru. Eleus populus grecię. Prisc. in perihe. Flammiuomis eleus equis gaudere solebat. Celonion celoniontis, ciconia & instrumentum quo aquę hauriantur. Lucretius libro vltimo. Plausita aeria pridē celonion arce. Helios, sol. Statius in syluis. Aureus in medio iam voluitur helios axe.

(Margin: Velicer, Delubrū, Elysium, Electrum, Melāthiū, Helias, Eleus, Celonion, Helios)

¶ Melota vestis ex pellibus ouinis. Baptista in bucolicis. Melotasq; tra- hunt densasque per illa vulpes. Elona vrbis nomen. Lucretius libro sex- to. Armatos nobis pedites elona ministrat. Pelides pelei vel fili⁹ vt achil les, vel nepos vt pyrrhus. Horatius in epistolis. Inter pelidem festinat & inter atridem. Pelion mons thessaliæ. Ouidius duodecimo Methamor. Arboris othris erat: nec habebat pelion vmbras. Theleboe ætholiæ po- puli. Statius in thebaidos quarto. Theleboon vires & fortia castra time bit. Pelignum patria Ouidij nasonis. Hinc adiectiuum pelignus peligna pelignum. Martialis in xenijs. Non hæc pelignis agitur videmia prælis. Pelusium ægypti oppidum & vnum ex hostijs nili. Silius libro quarto. Castraque pelusi Romano subruta ferro. Pelamys pelamydis nomen pi scis. Iuuenalis satyra septima. Pelamydum aut veteres aphrorum epime- dia bulbi. Velabrum Romanus vicus, in quo genus omne deliciarum cō- diebatur. Tibullus libro secundo. At qua velabri regio pater ire solebat. Pelodes, sinus maris in aphrica. Lucilius libro tertio. Leto remigio iam pelodis hostia captat. Speleum cauerna. Vergilius in bucolicis. Certū est in syluis inter spelea ferarum. Spelunca etiam est cauerna. Verg. 6. eneid Spelunca alta fuit vastoq; immanis hiatu. Deinde excipitur nomen hely sos quod primam habet communem. Estq; fluuius græcię. Papi. quarto thebaidos. Lambit & anfractu riparum incuruus helysos. Idem libro. 12. Celauit getycos crispis helysos amores.

Melota. Elona Pelides Pelion Theleboe pelignum pelusium. Pelamys. velabrum Pelodes Speleum Spelunca. Helysos

¶ Documentum.

Deriuata notes quæ errorem sępe ministrant.

¶ Pleraq; sunt deriuata quorum origo ignorata multos hallucinari fa- cit proinde cura diligentiore debent annotari, cuiusmodi sunt hæc quę subijciā. Delius apollo vel sol. Delia, dyana vel luna, a delo insula in qua vterque natus fingitur. Belides mulieris homicidæ a belo duce græco. Zelotipus immoderanter amans a zelo qui amorem nimium significat Delibutus, delibuta, delibutū, id est vnctus ab antiquo verbo delibuo de- libuis, id est vngo vngis. Elegans nomen, id est ornatus ab eligo. Elicius est Iuppiter ab elicio elicis. Elogium certæ rei testimonium. Elixus elixa elixum est in aqua coctus. Delictum, delecto, deliciæ. nota sunt: sed diph- thongata magno etiā studio debent animaduerti: vt Aelia est regio quo nomine dictus est pręceptor Varronis. Aelea philosophorum magistra- tus apud Athenienses. Aelurus felis siue catus belua bestia & alia prope infinita.

¶ Differentia.

Corripio pelias primæ: sed protraho ternæ.

¶ Pelias peliæ primæ declinationis commune nomen omnium regum Thessaliæ, quo vocabulo nominatus est primus. Iasonis patruus & pri- mam corripit. Ouid. 7. metha. Phasias assimilat pelię ad limina supplex. Sed Pelias peliadis tertię est thessalis lidis, a monte pelio & eandem pro ducit. Ouidius in primo de remed. Vulneris auxilium pelias hasta tulit. ¶ Dic ergo puer. Rex pelias ridet, quæ plebes pelias infit.

Pelyas.

¶ E, ante m, in primis.

E, super m, breuia, sed remus, fœmina, demum,
Mnemosine, demos, crementum, semino, demo,
Mnemosinon, remi, fœmen, lœmargia, sæmi,
Phœmonoe. clemens, & cœmiteria, themus,
Læmius, & cœmentum, pœmenis, e, quoque solum
Et nomen crescens produc: emio, nemus, emi,
Et memor, atque chremes, themis, & femur, abbreuiabis.

¶ E, ante m, in primis breuiatur: vt premo, tremo, fremo, &c. Excipiuntur primo vna & viginti dictiones in textu. Remus remi, nauis gubernaculum. Vergilius primo æneidos. Franguntur remi tum prora auertit & vndis. Fœmina satis notum. Vergilius primo æneidos. Pigmalionis opes pelago dux fœmina facti. Demum, id est tandem. Ibidem. Iactatam hac demum voluit consistere terra. Mnemosine, sines, mater musarum. memoria interpretatur. Baptista primo parth. Mar. Mnemosine natis iuga quæ pimplea colebant. Demos populus, quod sine cōpositione inuentu rarissimum est: sed propter eius cōposita quæ prope infinita sunt hic assignatur: vt demosthenes, democritus, demophoon &c. Crementū augmentatio. Prudentius in psicomachia. Nulli fraus homini peperit crementa bonorum. Semino seminas, semen iacio. Baptista contra impudice scribentes. Improbus has sordes in carmina seminat orchus. Demo demis, remoueo. Iuuenalis satyra quarta. Sollicito plagas & verbera deme clienti. Mnemosinnon monumentum & testimonium. Lucretius libro quarto. Hoc tibi mnemosinnon nostri sit iuge laboris. Remi remorum oppidum, in quo reges Gallorum consecrantur. Sidonius in eucharistico. Præterea quam me pridem remos venientem. Hoc fœmen fœminis pars tibię, coxam vocant Martialis in epygrammatis. Seuus amor docuit fœmen vtrumque regi. Læmargia gula nimis vehemens. Bapt. contra impud. Tale docet semeles puer & læmargia carmen. Sæmi adiectiuum indeclinabile est medius, media, medium. & in sola fere compositione reperitur: vt sæmihomo, sæmiuir, sæmiuncia, &c. Sed sæmis sæmissis, substantiuum est pondus sex vnciarum quasi sæmias. Horatius de arte. Sæmis ad hæc animos erugo & cura peculi. Phœmonoe vna phœbadū, & apollinis filia, quæ heroicum carmen prima cecinisse fertur. Lucanus libro quinto. Phœmonoen errare vagam curisque vagantem. Hæc clemens vel hæc clementis herba in ægypto magnę quantitatis: sed nullius vtilitatis. Tibul. lib. 3. Clementem phariam tu mihi quippe refers. Hęc autem duo fœmen & clemens per sequentem regulam notificantur quę tamen hic expressa volui vt cuiusdam manifestum errorem qui ea sępe corripit ostenderem. Ipsum autem nominare nolo tum quia, meo iudicio, litteratus est, tum quia & hic & alibi constitui nomine proprio carpe-

Remus
Fœmina
Demum
Mnemosine.
Demos
Cremētū
Semino
Demo
Mnemosinon
Remi
Fœmen
Lęmargia
Sæmi
Phœmonoe
Clemens

re neminem, pergamus. Cœmiterium græca dictio latine dormitorium mortuorum dicitur: quod & polyandrium vocant. Lucreti⁹ libro septimo. Iam neq; præbendis sunt cœmiteria tumbis. Them⁹ themi vinculū est quo vela ligantur: rudentem alij dicunt. Cornelius de vita Alexādri. Præcipita mari sunt ruptis carbasa themis. Læmi⁹ Phœbus siue Apollo Statius in syl. Læmi⁹ ipse pater nostros sibi dirigat actus. Cœmentum a cedo cedis, est quicquid amputatur. Lucretius libro secundo. Prudens tantæ hyemi sibi qui cœmenta gregauit. Pœmenis nomen canis latine pastoralis explicatur. Ouidius tertio Methamor. Pœmenis & natis comitata harpya duobus. Secundo excipiuntur illa quæ habent e, solum ante m, siue simplex, vt eminus, emineo, emus &c. Siue aspiratum, vt hema (id est sanguis) hemonia, hemibetum &c. siue diphthōgatū, vt æmulus, æmulor, æmula, id est sermonis dulcedo &c. Tertio excipiuntur nomina tertiæ declinationis, quæ crescunt in genitiuo singulari: vt nemo, themo, thema &c. Ab his tamen duabus postremis regulis iterum demūtur septē dictiones in textu. Emio emis, emiui, emitum est orno ornas. Lucilius libro nono. Formosum nimio cultu ne corpus emiret. Nemus nemoris, sylua. Vergilius in Buccolicis. Dicteę nymphæ nemorum iam claudite saltus. Emo emis, emi, emptum, satis liquet. Baptist. de cōtemp. Iustitiæ officijs & pietatis emunt. Memor memoris adiectiuum, qui memoriam habet, vel de quo memoria habetur. Vergili⁹ primo Aeneidos. Vi superum & seue memorā Iunonis ob iram. Chremes chremetis, prudens & consultus explicatur: quo nomine dictus est senex. Apud Therētium Horatius de arte. Iratusq; Chremes tumido delitigat ore. Themis dea quæ Deucalioni & Pyrrhæ instaurandi generis humani formā post diluuium tradidisse fingitur. Ouidi⁹ primo Methamor. Dic themi qua generis damnum reparabile nostri. Femur femoris, pars tibiæ coxendicem appellant. Vergilius nono Aeneidos. Eripit a femore & trepidanti feruidus instat.

Cœmiterium. Themus. Læmius. Cœmētū. Pœmenis. Emio. Nemus. Emo. Memor. Chremes. Themis. Femur.

Documentum.

Nemea, chrema, pemus, temetum mutare licebit,

¶ Quatuor dictiones in textu primam habent ancipitem. Nemea mōs & sylua Archadię. Seneca de Hercu. fug. Nemeam fœdis volucrum solutis. (Saphicum est) Statius libro septimo Thebai. Traiecit ferro nemeæ sub rupe repertam. Chrema oppidum Italię Philel. in nono. Attonitam magno presserunt robere Chremam. Baptist. de triumpho contra Gonsag. Letabunda suos cepit Chrema vespere reges. Pemus pemi, occultus piritus qui nocturna fantasmata fingit. Baptist. de Alphū. Cernere erat pœmas dextra leuaq; frementes. Martia. in epygrammatis. Sūt mihi nescio quo sopnia ficta pemo. Temetū forte vinum sic appellatum ꝙ mentem teneat & astringat. Iuuenalis decimaquinta satyra. Hoc de cocyrea temetū deduxerat vna. Horatius epist. vltima. Pallos oua cadunt temeti nempe modo isto.

Nemea. Chrema. Pemus.

¶ E, ante n, in medijs,

E, super n, produc, sed enim menapi, vel enio.
Et penes atque penus, penitus, penetro, vel enipeus.
Sic pheneum, atque phrenesis, enipsa, fenestra penates.
Quæ nemo, siue zenos, donent couiungis enipheus,
Et quæ b, s, t, u, sibi præmittunt, breuiabis.
Sed threnos, blene cum strena, splenia, tenos.
Est steno, senus, threnodia, veneo, cena,
Senio cum vena venor producere debes.

¶ E, ante n, in primis producitur: vt denis, renes, splenes &c. Et quicquid per diphthongum in prima scribitur: vt æneas, ænigma, bænacus, &c. Sic cœnum, fœnum, cœna, &c. Quæ tu diligenter animaduertas faxis. ¶ Excipiuntur primo quattuordecim dictiones in textu. Enim coniunctio satis nota. Vergilius libro. 2. Aeneid. Titides, sed enim scelerūq; inuentor Vlisses. Menapi populi Germaniæ Martialis in xenijs. De menapi lauti de petasone vorent. Enio enius bellicus furor, vel ipsum bellum. Statius libro octauo Thebaid. Impetib⁹ magnis crescit feralis enio. Penes præpositio, plenam rei potestatem deuorans. Baptist. libro Parthen. Mar. primo. Vos penes est genus omne boni vos, omnia rerū. Hic penus peni, hoc penum peni, hoc penus penoris. Hic aut hæc penus huius penus & hoc penu pro eodem dicis. Est eñ esculentorū, poculentorumq; reconditorium. Vergilius primo Aeneid. Cura penum struere & flammis adolere penates. Penitus omnino, aut valde. Vergilius primo Aeneidos. Vos & syleam rabiem penitusq; sonanteis. Penetro penetras transeo transis. Vergilius primo ęneid. Illyricos penetrare sinus atq; intima tutus. Enypeus, fluuij & tubicinis Thessalię nomen Statius vndecimo Thebaid. Egregius lituo dextri mauortis Enypeus. Pheneum, lacus & oppidum Archadiæ. Ouidius. 15. Nethamor. Et lacus Archadiæ pheneum dixere priores. Phrenesis, insania capitis. Iuuenalis satyra decima quarta. Quum furor haud dubius quid sit manifesta phrenesis. Enispæ enisparum, vel enispa enispę, oppidum Thessaliæ. Seneca in Heccuba. Queq; formidant boream enispę. (saphicum est.) Fenestra locus altior per quem sol domum ingreditur. Persius satyra tertia. Nempe hoc assidue iam clarum mane fenestras. Penates penatium, vel familiares dei, vel interiora loca sunt domorum. Persius satyra secunda. Accersis fibra da fortunare penates. Enypheus lacus Siciliæ Bapti. de gonsaga. Limosum pariter celeres per enyphea tranant.

Enim. Menapi. Enio. Penes. Penus. Penitus. Penetro. Enypeus. Pheneū. Phrenesis Enispę. Fenestra. Penates. Enyphe⁹.

¶ Secundo excipiuntur omnia quæ a meno, id est maneo, vel zenos, id est hospes & peregrinus componuntur: vt Menelaus, Menedemus, Menalipe, &c. Sic zenodochium, hospitium, peregrinorum. Zenocrates,

xenophilus &c. Z enium tamen quod est hospitalitatis munusculū primam habere communem arbitror. Martialis nanq; ait in xenijs. Omnis in hoc gracili xeniorum turba libello. Bapt. vero secundo parth. Maria. inquit. Xenia tu nostræ requies tu sola senectę. Et idem in episto. De locuplete manu xenia multa dabat. Tertio excipiuntur illa quæ habent ante e, vnam quinq; literarum in textu contentarū b, vt bene, g, vt genus, f, vt fenex, t, vt teneo, v, vt venio. Ab hac tamē exceptione rursus demuntur tredecim dictiones in textu. Hoc trenos lamentatio. Bapt. in epigr. Id mihi Hieremias mesto dedit agmine trenos. Blenę populi sunt in australi plaga sine capitibus: habent enim oculos, nares, & reliquam faciei figuram in pectoribus. Claudianus de nilo. Per meroen blenasque feros atram cyenem. Strena munusculum. Auso. ad versulum. Curam pro strenis excubuisse tuis. Splenium intestinum. Mar. lib. 2. Et numerosa linunt stellātem splenia frontē. Hæc thenos theni, insula vna ex ęolijs. Ouid. 7. Metha. At non olearos dydimeq; & thenos & andros. Steno huius stenus soror Medusæ. Claudianus de laude poet. Affuit & longe ante alias pulcherrima steno. Senus, na, num, a sex, adiectiuū est. Vergilius. 1. æneid. Aspice bissenos lætantes agmine cygnos. Trenodia lugubris cantus. Lucretius libro quinto. Oh quantū hæc animos hominū trenodia mouit. Veneo venis veniui venum venu verbum neutrum passiuum est vendor venderis. Persius saty. v. Si facis in penē quicquid tibi venit amarum, id est venditur. Sena fluuius Campanię. & Senę senarum oppidum illi vicinum quod Galli Senones condiderunt. Sili. lib. 8. Et clanis & rubico Senonum de nomine senę. Hic senio senionis, punctū erat in taxillo quondam lucratiuum. Pers. saty. 3. Iure etenim id summum quid dexter senio ferret. Vena meatus sanguinis per corpus. Pers. saty. 1. Hæc fierent si testiculis vena vlla paterni &c. Venor venaris.

Trenos
Blenę
Strena
Splenium
Thenos
Steno.
Senus
trenodia.
Veneo.
Senę.
Senio
Vena.

¶ E, ante p, in primis.

Curtat e, p, vates: sed cepus, gepida, cepos,
Cephenus, cephas, cephisus, cepias, hepar,
Epyros, sepes, sepum, sepia, repo,
Sepio, cum sepa, sępe & diphthonga morantur.

¶ E, ante p, in primis breuiatur: vt crepido crepidinis, crepida crepidę. & epi in compositione sicut epacta, episcopus, epistola, &c. Excipiūtur decem & septē dictiones in textu. Cepus æthiopicum animal quod Babylonij pro numine colebant. Philel. in. 5. parte. Adducasque licet cepos vulpesq; luposq;. Gepida populus germanię. Sidonius in tertio panegy. Gepida trux sequitur scotum burgundio cogit. Cepos vrbis nomen in Aphrica. Silius libro nono. Labitur amisso iampridem robore cepos. Cephenus populus Lybię Ouidius in. 5. Dumq; ea cephenum medio: doua egeus heros. Cephas cephę latine caput dicitur: quo nomine appellatus est Petrus in sacris. Pruden. de virtutibus. Gentē viuifico cephas sermo-

Cepus.
Gepida.
Cepos.
Cephenus
Cephas

Cephisus. ne docebat. Cephisus fluuius Boetię. Ouid. tertio metha. In vada cephisi penopesq; euaserat arua. Sepias adis promonterium & vrbs macedonię Sepias. Vale. flac. lib. 2. Sepias attollit saxosa cacumina longe. Hepar atis, intestinum Hepar. num satis notum. Lucil. lib. 5. Pectorib⁹ tumidis ira disrumpitur hepar. Epyros Epyros vel epyrus regio quæ nunc Albania, nunc Chaonia vocatur. Luca. lib. 2. Primus in epyrū borea agat inde p arua. Sepes pis, clausura hortorū. Sepes Verg. in Buc. Hinc tibi quæ semper vicino a limite sepes. Seps sepis Seps. serpens in Lyba morsu asperrimus. Lucre. lib. 9. Languida vulnificum patiuntur Sepum corpora sepem. Sepū illud est pingue quo candelę fiunt. Auson. Sepia in epist. Grande sub modico lignum dat fœmina sepo. Sepia piscis, ex cuius cruore fiebat olim atramentū: propterea & pro ipso atramēto recte Repo sumitur. Pers. saty. 3. Nigra q; infusa vanescat sepia lympha. Repo repis, gradior & est serpētis propriū. Germanicus Cæsar in arato. Tunc cynosura alte repit: tunc totus in vndas. Sepio Sepio sepis hortos claudo & munio. Sępa. Bapt. in epist. Quid sepire iuuat: rapit improbus omnia miles. Hęc sępa Sępium hoc sępiū, & hoc sępe pro eodē legumine dicis: quod a capitis magnitu Sępe. dine ita dictū volunt. Ouid. in epist. Cedenda est hortis eruta sepa meis. Verg. de culi. Sepiū odorati replet confinia parati. Pers. saty. 3. Sepe farratam pueris plaudentibus ollam. Sępe aduerbiū satis notū. Verg. ęneid. 2. Sępe fugā Danai troia cupiere relicta. Pleraq; autē per æ, diphthongatum scribuntur, quod semper debet longari: vt æpolus, æpolæ, æpolium &c. Atque ideo diphthonga, id est diphthongata in textu dico.

¶ Differentia.

Nomen curto repens: sed participans traho.

Repens ¶ Repens nomen adiectiuum. i. subitus, vel aduerbiū. i. repēte priorem corripit. Verg. xij. æneid. Quo ruitis, quove ista repens discordia surgit. Ouid. 1. fast. Bina repens oculis obtulit ora meis. Sed repens participiū a repo eandē producit. Bap. de Dionisio. Irruit & medię repens allabitur vrbi. ¶ Dic ergo puer. Damnat culpa repens per sensus intima repens.

¶ E, ante q, in primis.

Nos breuiamus e, q, prohibens ne, quod præit ęqui.

Aequana, æqualis, vel sequana, deque moramur.

¶ E, ante q, in primis breuiatur: vt equidē, neque, nequeo &c. Excipiun- Ne tur primo cōposita ex prohibēte aduerbio ne, vt nequis, nequa, nequid nequādo, neq̄, nequaq̄ &c. Ouid. in epi. Nequitia est quę te nō sinit esse senem. Secundo excipiuntur quinq; dictiones in textu. Aequi æquorum Aequi populi Italiæ. Silius lib. 4. Hæc metuenda leues in prælia mittimus ęquos Aequana æquanorum sine singulari montes sunt surrentini. Lucre. lib. Aequana. 8. Nō mihi tā faciles vultus æquana cohercent. Aqualis, quantitatis simi Aequalis litudinē habens, a quo prope infinita deriuantur: sicut ęquiparus, æquicolus, æqualiter &c. Horat. in epi. Si curtatus in ęquali tonsore capillos. Sequana Sequana fluuius qui ex Burgūdia prodiēs Parisios percurrit. Luca. lib. 1.

Optima gens flexis in gyrum sequana frenis. Deq; vetustum aduerbium est deorsum. sicut susq; sursum. Inde nos susq; deq; habere dicimus illud de quo nihil omnino curamus. Deq;

ℭ Differentia.

Fixum curtat equus, sed mobile protrahit equus.

ℭ Equus substantiuum priorem corripit. Vergilius. 2. æneid. Instar mōtis equum diuina palladis arte &c. Sed equus adiectiuum .i. iust⁹ æqualis vel patiens eandē producit. Hora. in epist. Defert nil grosphus nisi verū orabit & æquum. ℭ Dic ergo puer. Ni viuas æquus: te male portet equ⁹ Equus

ℭ E, ante r, in primis.

E, super, r, breuia berythus, therea, cleros.

Ceretum, eridanus, cerathus, neritos, hæres.

Cerusa, erigone, herois, feronia, merix,

Eruca, eretum, ærugo, cheronia, neris.

Færie, & erugium, fer, nerithon, hereo, cerix.

Serus, geryones nerite, seria, nereus.

Theron theridamas, cærinthe, plerique, mœra.

Serius, æs, mœris, cœretes, cerula, xeros.

Erij, & erumne, cherusci, querere, cera.

Cheropolum, chære, chæro, cumque hærese, cære.

Chærilus, & cærete, simul cum, p, preit aut ve.

Produces, tamen inde phere, vereorque, veruque.

Atque veredus, & inde verutum, demere debes.

ℭ E, ante, r, in primis breuiatur. vt merus: nerus: ferus: mereor &c. Excipiuntur primo quinquaginta & duę dictiones in textu. Berythus: est vrbs phœnice. Priscianus in perihegesi. Antiquāq; tyron beryti & mœnia grate. Berythus Therea: luccus est in quo Thereus Philomelam violasse fertur Verg. in æthna. Non habeo quales audiuit therea cantus. Therea

ℭ Cleros vel clerus græca dictio latine sors vel conditio explicatur: ꝑinde clericus ille est qui in sortē & societatem dei ecclesiastico ritu accipitur. Sedulius de sacerdo. Christū quando fugis clericus esse nequis. Ceretum oppidū italię cuius populi ceretani nuncupantur. Sili⁹ lib. 3. Nec ceretani quondā thyrianthia castra. Eridanus fluuius italię quē & padū dicūt. Oui. de trist. Sic miser eridani fluctibus ora dedit. Cerathus fluui⁹ chretis. Bap. in Alphon. Carpathiū fugiens cerathi ad flumina tēdit. Neritos mōs saxosus & oppidū in eo, q̄d vlysses tenuisse fertur. Ver. 3. ęnei. Cleros. Eridanus. Cerathus Neritos

Hæres Duliciumque sameque & neritos ardua saxis. Hæres redis.qui defuncti possessionibus iure successit. Persius satyra sexta. Hęc cinere vlterior me tuas at: tu meus hæres. Cerusa Cerusa pigmentum est quo se vane mulieres fucant vt formosiores appareant. Ausonius de bussula. Sandix & cerusa alias simultate puellas. Erigone Erigone erigones puella mutata in celeste signũ augusti quod virgo appellatur. Vergilius primo Georgi. Qua locus erigonem inter chelasque sequentes. Herois huius herois primitiuum: oppidum est Assyriæ. Manilius lib. quarto. Bactraque & herois Babilon & fusa panosque. Sed herois huius heroidis deriuatiuum est generosa queuis domina. Baptist. libro primo Parthe. Maria. Fata dom⁹ norat nymphasque heroidas omnes. Feronia. Feronia vrbs Italiæ & Iuno ibidem culta. Horatius satyra quinta. Sera manusque tua lauimus feronia lympha. Merix Merix mericis nomen piscis. Statius in syluis. Cerula colludens percurrit flumina merix. Eruca Eruca vermis est qui herbas erodit. Columella. II. nascuntur volucres serpitque eruca per hortos. Est & herba quæ eam comedentibus Libidinem excitat. Ouidius libro secundo de remedio. Nec minus erucas iubeo vitare salaces. Erutum. Erutum oppidum in latio. Vergilius septimo æneidos, Ereti manus omnis oliui fereque mutusce. Aerugo Aerugo sordes quæ vel ferrum vel segetes consumit. Horatius de arte. Semis ad hæc animos ærugo & cura peculi. Cheronia Cheronia oppidum Thessalie. Statius nono Thebaid. Conclusasque suis pandit cheronia portas. Neris Neris mons & vrbs argiuorum. Papinius quarto Thebai. Neris & ingenti turrite molle cleone. Færie Færie færiarum sine singulari sunt dies quibus feriatur, id est cessatur a mactandis victimis. Martialis libro quinto. Durum est ferias perdere (phalanticum est). Erugium. Eugium suffrutex sambuci. Lucilius libro nono. Erugium veridi furibundus ab arbore traxit. Ser. Ser seris populus Indie apud quos sericum in arboribus crescit. Vergilius libro primo Geor. Velleraq; & folijs depectunt tenuia seres. Neriton Neriton oppidum græcie. Lucret. libro II. Neriton ingenti firmauit robore miles. Hereo Hereo dubito vel applicor. Persius saty. 2. Huic cuiq̃ cuinãuis statio an scilicet heres. Ceryx. Ceryx cerycis crete populus. Cornelius de vita alexand. li. 3. Tum ceryx in magna ruit certamina ferro. Serus. Serus sera serũ est tardus tarda tardũ. Ver. 4. ęne. Seraq; terrifici cecinerunt omnia vates. Geriones. Geriones tam prime q̃ tertie declinationis rex fuit hyspanorum quẽ hercules interemit. Verg. ęnei. 7. Geryone Geryone extincto tyrinthyus attigit arua. Nerite. Hæc nerite nerites nomẽ piscis. Lucre. li. 2. Neritem tacitis ducũt ad littora velis. Seria Hęc seria generale nomẽ vasculorũ. Persi. satyr. 2. Sub rastro crepet argẽti mihi seria dextro. Nereus Nereus nerei vel nereos deus maris vel ipsũ mare. Persi. saty. 1. Et qui ceruleũ dirimebat nerea delphin. Theron Theron therõtis canis nomẽ ferox interpretatur. Ouid. 3. metha. Nebrophonosq; valẽs & trux cũ lelape therõ. Theridamas Theridamas, mantis, etiã nomẽ canis ferarũ domitor explicatur. Lucre. lib. 5. Theridamãta citis dissoluit carcere plãtis. Cerinthe Cerinthe hui⁹ cerinthes herba q̃ cerã cum melle sapit. Ver. 3. Georg. Trita melisphila & cerinthe ignobile gramen. Pleriq; Pleriq; plereq; pleraq; est multi multe multa. Hora. de arte. Pleraq; differat & pręsens in tẽp⁹ omittat. Smera Smera suffrutex oliue. Bap. de alphõ. Stipitib⁹ modicis tãdẽ mihi smera pepẽdit. Serius Seri⁹ ria, riũ.

grauis sine ioco. Et substantiue: hoc serium est sermo vtilis omni vacans petulantia. Martialis libro quarto. Parce precor socero seria forsan amat. Aes eris generale nomen omnium metallorum. Horati⁹ in episto. Nec tamen ignorat quid distent era lupinis. Moeris assyria dictio latine prouidus explanatur quo nomine dictus est senex quidam incantator apud Vergil. in bucco. Quo te moeri pedes an quo via ducit in vrbem. Coeretes tis. nomen lapidis qui gestantem a metu & subita egritudine liberum reddere fertur. Lucilius libro tertio. Ceretes digitis colloque monilia cedunt. Ceruleus cerulea leum. marinum colorem denotat & sex pulchra habet synonima q̃ sũt. Ceruleꝰ: glaucꝰ. Ceciꝰ venetꝰ thalassicus cumatilis. Vergilius libro tertio. Annixi torquent spumas & cerula verrunt. Xeros adiectiuum grecum. Latine siccus sicca siccum dicitur: quo tamen in sola compositione nos vtimur: vt xerolophus est siccum sepulchrum vt solet esse generosum xerophagium siccorum ciborũ comestio vbi nihil vel parum adest potus: xeropelina sicca & detrita vestis Iuuenalis satyra septima. Et xerampelinas veteres donauerit ipsi. Erij riorum. sine singulari montes sunt veneri atq; cupidini dedicati. Sene. in heccu. Erios letus petijt cupido alite gressu (Saphicum est cum adonio) Erumna calamitas & miseria Baptist. in epygramma. Sepe malum patrare nephas erumma coegit. Cherusci populi Macedonie. Cornelius de vita Alexandri. Hinc cheruscorum manꝰ ad certamina raptim. Quero queris peto vel interrogo. Ouidius de reme. Et nunc quid faciam si quoq; queris amo. Cera opus apum. Vergiliꝰ in buccolicis Limus vt hic durescit & haec vt cera liquescit Chaeropolũ herbe nomẽ. Colu. lib. ii. Iã breue chaeropolũ vna cũ testitudine iũgam. Chaere & cherite: deffectiuũ verbũ grecũ latine salue saluete dicitur Persiꝰ satyra prima. Quis impediuit psitaco suũ Chaere. (Iambicũ est senariũ) Chero ras. verbũ grecũ est gaudeo des. Claudianꝰ ad Heracli. Qui cherare potes medijs conclusus in vndis. Haeresis huiꝰ haereos grecũ nomen latine electio & secta explanatur. Baptista libro primo Parthe. catha. Haeresibꝰ sacram pacẽ tritonia pallas. Cere sine declinatu oppidũ est aetrurie. Vnde caerimonie dicte sunt. Lucre. lib. 10. Non veteres ita cere deos solẽne colebat. Cherilꝰ greca dictio latine porculꝰ dicitur: nã cheros porcũ significat: quo nomine dictꝰ est quidam ineptissimꝰ poeta. Hora. in episto. lib. 7. Cherulꝰ incultis qui versibꝰ & male natis. Hoc Cerete ceretis, hec ceres ceretis, & hoc cere ceris pro eodem oppido italie. Vergil. 8. eneid. Est ingens gelidũ lucꝰ prope ceritis amnem. Secũdo excipiũtur dictiones q̃ vel habent p, litterã ante, e, vel primã syllabã, ve, vt pero peronis, pera spero &c. verus vera verũ veruca veratrũ &c. Hinc iterũ demũtur quinq; dictiões in textu. Phere rarũ. oppidũ aphrice in cuiꝰ campis phoebꝰ pecora custodisse fertur. Ouidiꝰ secũdo de arte. Cynthiꝰ ahmeri vaccas pauisse phereas Vereor, reris. timeo times. Vergiliꝰ in Buccoli. Dũ fouet ac ne me sibi praeferat illa veretur. Veru sine declinatu in singulari licet plurale flexũ habeat. Verg. 1. eneid. Pars in frustra secant verubusq; trementia figunt. Verutum veruti, pro eodem dicitur. Luci. libro secũdo. Praedura quatiũt corno teretiq; veruto. Veredus cursorius equus hinc veredarius

Aes — Moeris. — Coeretes — Ceruleus — Xeros. — Erij — Erumna — Cherusci — Quero. — Cera — Cheropolum. — Chaere — Chero — Haeresis — Caere. — Cherilus — Cerete — Phere — Vereor — Veru. — Verutum — Veredus

nuncius qui equo currit. Barbari postam vocant. Mart. libro. 7. Stragula succincti venator summe veredi.

Documentum.

Berylus, nerio, spera, nos mutare valemus.

Berylus Tres dictiones in textu habent. Primam syllabam communem. Berylus preciosus lapis. Pruden. in psicomachia. Hinc tibi saphirum sociauerat inde berylum. Propertius. libro. 4. Et solitum digito berylona dederat ignis. Nerio. nerienis violentia belli. Cornelius de vita alexandri. Hic rursus q̄tum nusq̄ trux nerio seuit. Idē Menia tuta petit velox neriene relicta. Sphera celestium corporum circuitus. Pruden. in eucaristico. Cuius ad arbitrium sphera mobilis atq rotunda. Manilius libro. 1. Ingenti sphera totum precingit olympum.

Nerio.

Sphera

Differentia.

Hæc breuiatur eros, sed mas producitur heros.

Eros Heros Hæc eros erotis est charitas & gratia prioremq corripit. Bapt. lib. 2. parthe. Ma. Tres vna comites habitant eros elpora pistis. Sed hic heros herois est fortis & generosus baro & eandem producit. Vergili⁹. 1. enei. Littore trinacrio dederatq abeuntibus heros. Dic ergo puer. Quem pia firmat eros verus describitur heros.

Differentia.

Quod feron longo quod dat fera curto feralis.

Feron Feron græca dictio mortem significat. Inde est adiectiuum feralis, id est mortifer fera. ferum. & primam producit. Vergilius. 4. Aeneid. Solaq culminibus ferali carmine bubo. Sed fera feræ est syluestris bestia hinc est adiectiuum feralis, id est brutalis quod eandem corripit. Baptista in epyg. Ignarum vulgus vita feralis habet. Dic ergo puer. Ferali populo princeps solet esse feralis.

Fera

Differentia.

Tu dominam curtas Iunonem protrahis heram.

Hera Hera materfamilias priorem breuiat. Bapt. 1. parthe. Ma. Vidit heras mutu vocat ingressumq ministrat. Sed hera Iuno. eandē longat. Ouid. de tristi. Gauisa in nostris sepibus hera fuit. Dic ergo puer. Hera inter superos se bene pendit heram.

Differentia.

Heryphile longes, sed corripias eriphyle.

Heryphile. Heryphile cum aspiratiōe in prima syllaba est vna sybilarum: & primam producit. Tibullus lib. 2. Heryphile phæbo grataq quod monuit.

Sed eriphyle sine aspiratione in prima & cum y, greco in tertia fuit per fida vxor amphiarai, & eandem corripit. Verg. in. 6. æneid. His Phedrā procrimq; locis mestāq; eriphylē. ¶ Dic ergo puer. Preuidet heryphile que tentet trux eriphyle. Eriphyle

¶ Differentia duplex.

Mobile sera & rum produc: sed corripe fixum.

¶ Duplex hec differētia habetur. Vna est. Sera adiectiuū. i. tarda priorē producit. Verg. 6. æneid. Distulit in seram commissa piacula mortē. Sed sera substantiuū. i. clausura hostij eandē. corripit. Ouid. in epi. Diruptā ferro corripuere seram. ¶ Dic ergo puer. Hora, Iam sera limina claude sera. Altera vero est serū adiectiuū. i. tardū priorē longat. Ouid. in Fast. Subuenientis opem post vulnera quærere serum est. Sed serum substantiuum est aqua lactis que de caseo effluit, & eandem breuiat, Tibul. lib. 2. Raraque per nexus est via facta sero. ¶ Dic ergo puer. Vix poterit serū pauper habere serum. Sera.

¶ Differentia.

Lucrantis breuia: sed flentis mereo produc.

¶ Mereo meres merui vel meritussum sine diphthōgo est lucror lucratis, & pro stipendio famulor, primā corripit. Hora. de arte poe. Hic meret era liber socijs hic & mare transit. Sed mereo meres mestussum cum diphthongo est fleo & grauiter tristor, eandēq; longat. Baptista de morte contem. Quid meres fatūq; times olbita tui mens. ¶ Dic ergo puer. Hic iuste meret, qui nihil arte meret. Mereo.

¶ Differentia.

Fixa mera & rum produc: sed mobile curta.

¶ Duplex differentia hic habetur. Vna quippe est mera substantiuum canis & mulieris nomē priorē longat. Ouid. 7. metha. Et quos mera nouo latratu terruit agros. Sed mera adiectiuū. i. pura eandē breuiat. Pers. saty. v. Hæc mera libertas: hanc nobis pilea donant. ¶ Dic ergo puer. Non mera tota fuit rabiem cum mera recepit. Altera vero est Merum substantiuum herbe nomē priorem producit. Colu. lib. 7. Sepius & crudum perhibent ad vulnera merum, Sed merum adiectiuū est purū. Vnde pro vino nō diluto recte sumitur per intellectionē substantiui. Pers. saty. 2. Funde merum genio nō tu prece poscis emaci. ¶ Dic ergo puer. Nil prodest merum nisi sit in vtre merum. Mera

¶ Differentia.

Deponens breuio: passiuum protraho quæror.

¶ Queror reris, deponētale verbū est doleo & lamētor, priorēq; corripit. Verg. in buco. Dum queror & diuos quāq; nil testibus illis. Sed queror passiuū a quero queris est petor vel iterrogor eādēq; produci. t Sta. Queror

tius in theba. Quæror in arma senex vt aperto dediceer hosti. ¶ Dic ergo puer. Non sine iure queror quia nusq̃ ad pocula quæror

¶ Differentia.

Corripio quartæ: sed longo ferio primæ.

Ferio ¶ Ferio feris quartę cõiugationis est percutio & primã breuiat. Verg. sexto æneid. Ense ferit sterilemq̃ tibi proserpina vaccã. Sed ferio ferias coniugationis primæ est ocinor, & cesso vel quiesco. Papi. lib. i. sylua. Et musæ procul ite feriate, iambicum est.

¶ Differentia.

Curta verba sero, produc aduerbia sero.

Sero. ¶ Sero seris est planto vel semino: sed sero seras est ianuam sera claudo: & semper priorem breuiat. Verg. i. Gęor. Nudus ara, sere nudus, hyems ignaua colono. Ouid. de trist. Nostra, ruit vesper, Claustra sera licet. Sed sero aduerbiũ siue tẽporis pro tarde, siue qualitatis pro negligenter eandem producit. Ouid. de remed. Principijs obsta: sero medicina paratur. ¶ Dic ergo puer. Quicquid rure sero, veniunt mihi gramina sero.

¶ Differentia.

Curto diua ceres: populi sed protraho seres.

Ceres Seres. ¶ Ceres cereris, dea frumẽti vel ipsum frumentũ priorẽ corripit. Verg. primo Gęor. Liber & alma ceres vestro si munere tellus. Sed seres populi Indię eandẽ producit. Sta. in syl. Moillia sollicti deceperunt vellera seres. ¶ Dic ergo puer. Mittis apud seres cepit arare ceres.

¶ E, ante s, in primis.

E, super s, produc, thesis atque mesochorus inde

Cum rhesina, vesulus simul atque mesambria comes.

¶ E, ante s, in primis producitur: vt esus, lęsus, cęsus, & ailia prope infinita diphthongata. Excipiantur quinque dictiones in textu. Thesis (Thesis) græca dictio latine positio dicitur: sed in sola fere cõpositione solet reperiri: vt antithesis contra positio & medicina a contrario sumpta. Synthesis (Synthesis) est compositio siue mixtio variarum rerum. Baptista de Alphonso. Syntheses Aemonias & Apollinis imbibit artes. Mesochorus (Mesochorus,) qui in media saltantium chorea fistula canit aut cythara. Lucilius libro vndecimo. Carmine saltidico mox signa mesochorus indit. Rhesina (Rhesina) sudor qui ex arboribus defluit: & pro pice nõnunquam sumitur. Lucretius libro nono. Non ita multiplices rhesinæ per brachia manant. Vesulus (Vesulus.) mons est Liguriæ. Vergilius decimo æneid. Actus aper multos vesulus quem pinnifer annos. Mesambria (Mesãbria) oppidum dalmatiæ. Hinc est mesambriacus portus, de quo Ouidius primo de tristibus ait. Inde mesambriachos portus & opeson & arces.

¶Documentum.

Veseuum varians ne fallant stulta caueto.

¶Veseuus primam habet ancipitem. ¶Estq; aūt mons Campanię semper ardens. Statius quarto syluarum. Crescit & insani solatur damna veseui. Lucr. libro. 4. Ignem finitimos ructat veseuus in agros. Caue autem imprimis ne te delyramenta stultorum hic decipiāt, quale est illud vbiq; tritum. Nō amat ille ihesum qui fert ad prælia iesum: quia Iesus hebræū nomen. i. saluator per tres syllabas proferri debet, quod in prima parte satis ostendi. Iesum vero latinum pro hasta gallinacea diphthongum recipit. Alia quamplurima vbique videre licet. Veseuus.

¶E, ante t, in primis.

E, t, produces, etiam cletabenus, ethelis,
Atque getes: heteros, metuo, metereus, etymon:
Et metanea, bethulia, hetruria, etesie, eteson,
Hisque methaure, metalla, methena metendo metoxon,
Correptis iunges, & quis p, præsidet aut u.

¶E, ante t, in primis longatur: vt metior, etas, eton &c. ¶Excipiūtur primo decem & octo dictiones in textu. ¶Etiam coniunctio satis nota Vergili9 in Buccolicis. Creditur ipse aries etiam nunc vellera siccat. Cletabenus, populus Arabię. Priscianus in perihegesi. Atque sabe post hos, necnon habitant cletabeni. Ethelis nomen piscis. Lucret. libro septimo. Parcum hominem rarus sic depascebat ethelis. Getes vel geta populus Thracię maxime crudelis. Ouidius de pontho. Nulla getis toto gens est truculentior orbe. Heteros, grȩca dictio, latine varium dicitur. Hinc heterocletum, id est vario modo declinatum. Metuo metuis, timeo. Vergilius in Bucco. Vbera nec magnos metuent armenta leones. Metere9, populus Germanię. Ouidius de tristi. Iaziges & colchi metereaq; turba getęq;. Ethymon tis, est ratio siue recta interpretatio. Lucret. libro nono. Omnibus his quę dicta patent accedat ethymon. Methanœa latine pœnitentia. Ausonius in epyg. Nempe vt pœniteat sic methanœa vocor. Bethulia, vrbis nomen & regionis. Bapti. de exhor. Belligeras acies pharetrata bethulia mittit. Hetruria pars Italię. Vergilius. 2. Gęorg. Hanc remus & frater sic fortis hetruria creuit. Etesiæ etesiarum, sine singulari, sunt flatus aquilonis qui semper ante ortum caniculę spirant. Seneca de Hercule furente. Surgētes metuēs pallet etesias. (Asclepiadeum est). Eteson ontis, annuus redditus. Lucil. lib. 7. Gutturibus tātis non sufficiebat eteson. Methaurus fluuius Thessalię. Luca. in. 2. In leuum cecidere latus veloxq; methaurus Metallum satis liquet. Lucre. li. 3. Diripiunt late postas fulgente metallo. Methona vel methone huius thones, nomen vrbis in Thessalia. Vale. flac. li. 1. Neleidesq; periclymen9 quē parua methone

Etiam. Cletaben9 Ethelis. Getes. Heteros. Metuo. Metere9. Ethymō. Methanœa. Bethulia. Hetruria. Etesiæ. Eteson. Methaurus. Metallū. Methona

Meto. Meto metis, messes colligo. Baptista in epyg. False metunt cupidi quos
Metoxō. non seuere manipios, Metoxon xontis. aspera rupes quæ frontis formã habet. Priscianus in perihegesi. Pro merito graij ceruí dixere metoxō.

Secundo excipiūtur dictiones quæ p, vel u, habent ante e, vt peto, petaurus. veto vetitus &c.

Differentia.

Corripitur fluuius, producitur insula creta.

Creta. 2. Creta fluuius in pōtho priorem breuiat. Valerius Flac. libro. j. Deficiam scythicum metuens ponthumq; Cretamq;. Sed Creta insula in qua Iuppiter nutritus fertur eandem longat. Baptista. j. Parthe Mari. Quãuis creta Ioui choriabantia cymbala pulset. Dic ergo puer. Pisces Creta capit quos creta magnus alit.

Differentia.

Mox rapietur ethos, sed causa morabitur ethos.

Ethos. 2. Ethos vel ethus ethi est mos aut virtus, inde ethicus ethica, ethicum, id est moralis ethalogus, qui ethica siue moralia docet, tunc priorē corripit. Lucrc. lib. vij. Vestraq; sunt ethicis arcēda pericula dictis Sed ethos vel ethus ethi pro causa & lege eādem producit. Sidonius in epitala. Polemi j. Phisica vel logico logicum vel iungit ad ethos. Dic ergo puer. Non omnis fidum continet ethos ethon.

Differentia.

Fixum curto fretum, sed longo mobile fretum.

Fretū. 2. Fretum substantiuum est mare turbidum, & priorem curtat. Bptist. cōtra impu. scribentes. Nata freto venus est. veneremq; sub equora mitte. sed fretus, ta, tum, adiectiuū cum ablatiuo est confisus sa, sum, & eandem longat. Persius saty. iiij. Quo fretus dic hoc magni pupille pericli. Dic ergo puer. Vi propria fretum mergat ad ima fretum.

Differentia.

Nomen produco, sed præponens meta curto.

Meta. 2. Meta metę est limes vel terminus & priorem producit. Horati. de arte. Qui cupit optatam cursu contingere metam. Sed meta præpositio gręca. i. trans in sola fere compositione comperitur, & priorem semper habet correptam vt methodus. i. breuis via, metaphora. i. trāslatio. Pruden. de patientia, Nec satis angustam tandem inuenere methodum. Dic ergo puer. Viuendi, metam parua methodus habet.

Differentia.

Oceani est anceps tethys, breuiatur achillis.

¶ Thetys thetyos vxor oceani, vel ipsum mare priorem habet commu nem. Vergilius in buco. Teque sibi generum thetys emat omnibus vndis Idem ibidem. Quæ tentare thetym ratibus quæ cingere muris. Sed the tis thetidis, mater achillis priorem semper corripit. Papi. in achilleide. i. Iamdudum tacito lustrat thetis omnia visu. ¶ Dic ergo puer. Est trans gressa thetis mare quod colit omnia thetis. Thetys.

¶ E, ante u, in primis.

E, super u, produc: remouens breuis atque seuerus.

¶ E, ante u, in primis producitur: vt leuus, leuita, euum &c. ¶ Excipiun tur duæ dictiones in textu. Breuis adiectiuum satis notum. Bapt. de con temp. morte. Atque breues mortem iussit habere manus. Seuerus, seuera, seuerum grauis & constans. Vergilius vndecimo, æneidos. Romulidis ta tioque seui curibusque seueris. Breuis. Seuerus.

¶ Differentia.

Corripio sine molle leuis, per cætera longo.

¶ Leuis quadrifariam accipitur. Primo enim est nō ponderosus. Secun do est inconstans: tunc priorem breuiat. Verg. æneid. 2. Par leuibus ven tis, volucriq; simillima sopno. Bapt. in buco. Quisquis amat leuis est nec fœmina sola: sed ipsi. Tertio est politus & leuigatus. Quarto est lasciuus & effœminatus: tunc priorem longat. Persius satyra prima. Nunc de mum numero fluere vt per leue seueros. Idem ibidem. Trosulus exultat tibi per subsellia leuis. ¶ Dic ergo puer. Semper mente leuis quicunque est corpore leuis. Leuis

¶ Differentia.

Producas leuo polio: sed surrigo curtes.

¶ Leuo leuas polio & leuigo priorem longat. Stat. in. i. theb. Pars tere tes leuare manu ac disponere mensas. Sed leuo leuas surrigo vel adiuuo eandem breuiat. Verg. in Buco. Cantātes vt eamus ego hoc te fasce leua bo. ¶ Dic ergo puer. Cum tibi flagra leuo: clunes & tergora leuo. Leuo

E, ante b, in medijs.

ANte b, corripis e, medijs: generalia signes.

E, ante b in medijs syllabis corripitur vt herebus; therebinthus, helleborum. &c. ¶ Sed generales regulæ debent annotari. Nam deriuata ex longis sicut ephebus, delebilis &c. Diphthongata: sicut per rhœbus, amœbeus &c.

¶ Et liquefacta: sicut funebræ, cerebrum &c. Per generales regulas faci le cognosci possunt. Atque ideo illis hic puto supersedendum.

¶ E, ante c, in medijs.

E, c, produces: hinc romechion, berecynthus,
Demis: acersecomes, albunecar, illecebreque,
Et quod origo rapit proprium tibi rite notetur.

Rome-chion. Berecyn-thus. Acerseco-mes. albunecar

¶ E, ante c, in medijs producitur: vt verecundus, verecundor, imbecillis &c. Excipiuntur primo quinque dictiones in textu. Romechion græciæ oppidum. Ouidius decimoquinto methamorphoseos. Romechionque legit caulonaque maritimamque. Berecynthus mons phrygiæ in quo cybele bacchi mater colebatur, atque ideo berecynthia dicta est. Hinc est berecynthius, berecynthia, berecynthium, id est bacchus vel phrygius. Persius satyra prima. Claudere sic didicit versum berecynthius atys. Acersecomes, id est capillatus sine tonsione comarum interpretatur. Iuuenalis satyra quinta. Vendit acersecomes si nullum in coniuge crimē. Albunecar oppidi nomen hongariæ. Baptista de exhorta. Spicula nec retrahens albunecar ære chorusco. Illecebræ illecebrarum voluptates inordinatæ. Ouidius in fastis. Turpibus illecebris & vano dedita ludo. Secundo excipiuntur quæ ex breuibus originem habent, vt extrinsecus, quindecem, hendecasyllabus &c. De proprijs autem sicut Seneca, Ezechias, Suffecius &c. Nil hic dico.

¶ E, ante d, in medijs.

E, d, produces: in edon, vel edes, lacedæmon,
Vnedo, pencedanum, tenedos, remedum, lebedusque.
Essedum, & heledonam semper breuiare iuberis.

¶ E, ante d, in medijs longatur: vt sarpedo, canedium, cinedus &c.
¶ Excipiūtur primo nomina quæ exeunt in edon, vel in edes, siue propria siue appellatiua fuerint: vt alcimedon, automedon, hippomedon, &c. Alcimedes, furimedes, &c. Verg. secundo æneid. Armiger aut homedon vna omnis cyria pubes. Ouidius de ponthon. Alcimedes tanto populum clamore ciebat. Secundo excipiuntur octo dictiones in textu. Lacedæmon oppidum græciæ. Sidonins in secundo panegyrico. Attis mel phœnix palmas lacedæmon oliuas. Vnedo vnedonis species pommi tam acerbi vt vltra vnum nemo comesse valeat. Philelphus satyra quinquagesima. Vnedo cum dabitur dentes reddentur acuti. Pencedanum herbæ nomen petrocilium nostri vocant. Lucanus libro. ix. Pencedanum bibulis passim exurgebat arenis. Tenedos insula prope troiam. Verg. 2. æneid. Est in conspectu tenedos notissima fama. Remedium quod in textu per tres syllabas remedū carminis gratia profertur est quicquid malo alicuius medetur atque succurrit. Lucretius libro sexto. Nec ratio remedi communis certa dabatur. Lebedus Italiæ oppidū. Hora. in epist. Scis lebedus quam sit gabijs disertior atque. Essedum currus bellicus vel in quo heroides contectæ vehi solent. Persius satyra. 6. Essedaque ingentesque locat ceso

Vnedo pēcedanū Tenedos Remediū Lebedus Essedum

nia rhenos.Heledona piscis & morbus quem polypum vocant. Martia. in epygram.Heledonam tacito sublegit pollice nobis.

¶Documentum.

Ficedula,& macedon,recte variare licebit.

¶Duæ dictiones in textu variant e,ante d,in medijs. Ficedula nomen auis.Iuuena.saty.xij.Mergere ficedulas didicit nebulone parente.Mart. in xenijs.Cæria quæ patulo lucet ficedula lymbo. Macedon macedonis populus & regina macedoniæ.Lucan.lib.6. Quin tibi sacrato macedon seruetur in antro.Aratus libro secundo. Talibus obstupuit formis vir quippe macedo.At ne forte arati despicias authoritatem,Ouidius idem fecit in eius deriuato dicēs duodecimo methamorphoseos. Qui clypeo gladioque macedoniaque larissa. Ficedula Macedon

¶E,super f,in medijs.

E,super f,si quando datur medijs breuiatur.

¶E,ante f,in medijs corripitur:vt elefas,telefus,macefagium &c. Dico autem in textu si quando datur:quia hæc quæ dixi & eorum similia omnia per ph,aspiratum melius q̄ per f,scribi debere arbitror.

¶Documentum.

Anceps compositum facio,fioque reponunt.
Hinc quod producunt semper dempsere venenum.

¶Composita a facio,& fio,variāt e,sup f,in fine prioris partis vt tepefacio,tepefio,liquefacio,liquefio,patefacio,patefio &c. Hora.sermone.13. In matris iugulo ferrū tepefecit acutū.Catul.in epi. Alta tepefaciet permixta flumina cede.Proper.Nec flentis dominę patefiāt nocte fenestrę Lucre.lib.6.Causa patefiet verūq; in luce nitebit. Eiusmodi tamen compositū ex noīe venenū & verbo facio vel fio semper producitur vt veneficus,fica,ficū.veneficiū,&c.Ouid.in epi.Barbara narratur venisse venefica tecū.Idem de remed.Deme veneficijs carminibusque fidem.

¶E,ante g,in medijs.

E,g,corripies:hinc naupegus,soropegus,
Cumque categoria,perihegesis,atque cetegus,
Symplegas,symplega,exegema,siue strategus,
Et scenophegia,siue strageme,demere debes.
Et quæ diphthongus vel vox primaria longat.

¶E,ante g,in medijs corripitur vt tristega.Lucretius libro.x.Splendida sericeis velatur tristega pannis.Elegia.Mart.lib.v.Detineat cultis aut elegia comis.Hęc autē authoritate fulcita volui:quia in his plurimos errasse comperio.Propterea vt interim de tristega taceam nunq̄ tu nomē

elegia q̃ primis duab⁹ correptis & tertia lõga pferas nisi forte sit diphthongi ei resolutio siue diuisio vt est apud Ouidium in epi. Flebilis indignos elegeia solue capillos vbi per quinq; syllabas id nomen debet enunciari. Ab hac regula excipiuntur primo vndecim dictiones in textu. Naupegus nauis fabricator aut ductor. Vale. fla. lib. 5. Classe acer leuas torquet naupegus ad vndas. Soropegus aceruí diuitiarũ accumulator. Propert. Deditus illecebris non soropegus erat. Categoria accusatio vel prædicatio. Hinc categoricus, ca, cum, id est accusatorius vel prædicabilis. Lucre. lib. vlt. Hasce cathegorias animo vigilante tuebor. Perihegesis circuitus siue ambitus terre mundi. Lucil. lib. 4. Pendetur studio perihegesis illa frequenti. Cetegus multæ proditionis Romanus fuit. Iuue. saty. iij. Claudius accusat mechos catilina cetegum. Symplegas symplegadis nomẽ scopuli nunc insulę concurrens latine explicatur, Luca. lib. 2. Vana repercussit pontum symplegas inanem. Symplega est illa fabrica ex qua quocunque venere ludise exercitantes prospectantur. Baptista de gonsa. Symplega & alta cernere gessit equos. Exegema atis multiplex astutia vel consilium. Corne. de vita Alexand. Tale vafer repetit nostris exegema causis. Strategus miles cautus & astutus. Bapt. in epi. Noster obortiua mente strategus erit. Scenophegia scenophegiorum sunt comessationes in vmbra factæ quales erant iudæorum cum celebrarent festum tabernaculorũ sub arboribus enim cœnabant & recordationem patrum qui ęgypto venientes taliter in deserto manducauerant. Bap. in syl. Arbore suppositis celebrant scenophegia mensis. Strategema matis, militaris astutia fortitudo vel consilium. Papinius in syluis. Belligeram multo inuadit strategemate plebem. Alij stratagemate legunt. Secundo excipiuntur quæ vel diphthongo scripta sunt, sicut panęgyris, cenęgyrus, &c. Vel quę ex longis deriuantur, sicut collega, collegium, &c. A lego legas, id est mitto. Horat. 1. serm. Ambubaiarum collegia farmacopolæ.

Naupeg⁹ soropeg⁹ categoria Perihegesis. Cetegus. Symplegas. Symplega Exegema Strageus scenophegia. Strategema.

¶ E, ante l, in medijs.

E, super l, produc: hinc cypsela, macelianum,
Angelus & meneleus, hecatebeletes, ageladas,
Ampelus, ardelio, asphodelus, penelops, achelous,
Cypselus, ac eleleus, thymele, semele, parelothus,
Et pterelas, obelus, xerampelinęque, ethelisque,
Sicelis, ac arelas, icelus, stiphelus, spacelusque.
Enchelíæ, encheladus, cum futrapelus, sepelire,
Vindelici, quæ dant telos, & scelos, aut melos educ,

Cypsela

¶ E, ante l, in medijs producitur: vt famelicus, candela, philomela, &c. Excipiuntur primo triginta dictiones in textu. Cypsela mensura frumentaria quatuor continens modios, Phile. sat. octogesima. Concidat & im-

ltum pertingat cyplela finem. Marcelianum vnguĉtum quo Marci Italiæ populi vti solent. Mart. libro quarto. Cuius olet toto pinguis coma marceliano. Angelus græca dictio latine nuncius explicatur. Hinc est euuangelium. i. bonum nuncium. Prudentius de cruce. Angelus ex alto pacem deducat olympo. Sedulius de sacris litteris. Est euuangeliũ quicquid deus ordine prompsit. Meneleus huius menelei vel meneleos canis nomen. Ouid. 3. Metha. Harpalos & meneleus hirsutaq; corpore lahne. Hecatebeletes te, Apollinis nomen sic dicti ꝙ in eius solennitate centũ medici totidemq; cautores cõueniũt. Papinius in syluis. Nõ hecathebetes tantum gaudebit honore. Ageladas ageladæ præstantissime sculptoris nomen. Colu. lib. 11. Nec polycletea vel phragmonis aut agelade. Ampelus vitis siue vinea. Corne. de. vi. Alexan. Nõ ita deserto succreuerit ampelus aruo. Ardelio ardelionis est vel gulosus qui ad cibũ & potũ equo auidius ardet, vel est vanus & inutilis qui nihil non incipere vehementer ardet sed nihil perficit. Martia lib. 2. Vis dicam quid sis magnus es ardelio. Asphodelus hærbæ nomen, muguetũ Galli vocãt. Colu. lib. 5. Asphodelum liquido properant adhibere liquori. Penelops penelopis, nomen auis. Ouidius de tristi. Hinc penelops viridi festinat ab arbore pratis. Achelous gygantis & fluuij nomen. Ouid. 8. Metha. Hinc abiens vincas alios archeloe drachones Cypselus Iasonis filius, qui Corinthũ in Achasia cõdidit. Verg. in priapeis. Cypsel⁹ ipse patri nullo minor equora clausit. Eleleus huius elelei vel eleleos est bacchus aut vinum. Ouidius. 4. Methamorpho. Nictiliusq; eleleuasq; pater sua robora pandunt. Thymele, les, hystrionica mulier pulpitum interpretatur. Iuue. saty. 6. Diues & a trepido thymele supposita latino. Semele semeles mater bacchi & nomen syluæ in qua solet coli. Ouid. 6. Fasto. Lucus erat dubium semele stimele ne vocetur. Parelothus est harpago qua naues interbellandum retinentur. Lucre. libro tertio. In promptu parelothus erat qua dentibus vncis. Pterelas pterelę nomen canis velox interpretatur. Ouid. libro. 4. Metham. Et pedibus pterelas & naribus vtilis ęgre. Obelus est veru, quo superflue addita in scripturis notari solent sicut truncata asterisco. i. stellula. Philel. saty. 20. Primus aristarchus obelis certauit & astris. Xerampelinę siccę & iã detrite vestes. Lucil. saty. 7 Nos xerãpelinis tãdem vestiuit auitis Ethelis nomen piscis Bapti. in epyg. Non ethelis nõ turtur erit, sed globio pastus. Sicelis sicelidis vel sicelidos cultrix Secillię & fons ibidẽ. Oui. in epy. Quid mihi cum lesbo sicelis esse volo. Arelas arelę oppidũ britãnię. Ausoni in epy. Miscetur subitus arelę cum gẽte britãnus. Icelus sopni filius vel ipse sopnus. Oui. 11. Metha. Hũc icelũ superi mortale phobetora vulgus. Stiphelus nomen centauri. Ouid. 12. Metha. Quiq; neci ceneus dederat stiphelũq; bromũq; Spacelus hærbę genus Colu. lib. 7. Cum siliquis etiam spaceli de gramine ponam. Enchelię oppidũ Boetiæ. Luca. lib. 3. Enchelię versi luctantes funera cadmi. Encheladus gygãtis & grammatici preceptoris nomen. Iuue. saty. 7. Quis gremio encheladi doctiq; palemonis affert. Futrapelus vrbanus & elegans. Martia. in epy. Futrapelus tonsor dũ circuit ora luperci. Sepelio sepelis verbum satis notũ. Persius saty. 4. Iampridem hunc sepeli tu restas perge tacebo.

Marcelianum. Angelus. Meneleus. Hecatebeletes. Ageladas. Ampelus. Ardelio. Asphodelus. Penelops. Achelous. Cypselus. Eleleus. Thymele. Semele. Parelothus. Pterelas. Obelus. Xerãpeline. Ethelis. Sicelis. Arelas. Icelus. Stiphelus. Spacelus. Enchelię. Encheladus.

Vindelici populi Macedoniæ prope lesbon: Mart. lib. 9. Me tibi vindelicis ratum narrabat in oris. ¶ Secundo excipiuntur omnia quæ cõponũtur ex græca dictione telos. i. finis honor vel tributũ, vt Praxiteles, Aristoteles &c. Vel scelos. i. crus vel tibia, vt periclis, metrocilis &c. Vel melos. i. melodia, vt endimeles euximelus. i. bonus cantor &c.

¶ Documentum.

Seu proprium seu non fuerit cybele variabis.

Cybele. ¶ Cybele cybeles est mater deorum: est etiam mons & oppidum Phrigiæ: sed semper mediam habet communem. Claudia. in. 3. de raptu Proserpinę. Dicta ferant subijcit cybele nõ tanta tonãti. Idem ibidem. Prosilit & tali compellat voce cybelem.

¶ Differentia.

Vir semper breuia, sed mons ampelius educ.

Ampelius ¶ Ampelius nomen viri secundam corripit. Pruden. de virgine. Ampelius longo sic circunducitur actu. Sed ampelius promontoriũ prope Cycladas eãdem ꝓducit Lucre. ii. Remigibus celeres ampelius ille carinas. ¶ Dic ergo puer. Disperit ampelius qua nunc ampelius extat.

¶ E, ante m, in medijs.

E, super m, produc, hinc artemis, artemidorus,

Gethsemani, vehemens, alemannia, chrysothemisqꝫ.

Ploxemum, & hinc ptolemos, elementum demere debes,

¶ E, ante m, in medijs producitur: vt eremus, eleemosyna per sex syllabas, anathema &c. ¶ Excipiũtur nouem dictiones in textu. ¶ Artemis idis, Diana soror Phœbi. Proper. lib. 3. Artemide nos solliciti cũ fratre vocamus. Artemidorus hęrbę & viri nomen peritũ medicũ significat. Martia lib. 7. Non ita iactabat cum vinceret artemidorus. Gethsemani nomẽ villę siue pagi in Iudęa prope mõtẽ oliuarum, terra fertilis latine explicatur. Sedulius de passione Gethsemani cũ discipulis tum rura petiuit. Vehemens fortis alacer & subitus. Lucre. lib. 9. Viribus extremis vehemẽtia spicula iactat. Idẽ tamen author per synæresim in nominis duabus syllabis quandoqꝫ profert: sicut Cicero in arato. Gessit tam vero climata est vngula vehemens. Alemannia regio est Germaniæ. Claud. in. 4. de consulatu honorij. Impleratqꝫ tuum simplex alemãnia numen. Chrysothemis aurea forma. Vergi. in priape. Quo tibi chrysothemis tendem mea nata recessit. Ploxemum archa siue capsa. Seneca in Heccuba. Ploxemi fortes quateret recessus &c. (Saphicũ est). Ptolemos vel ptolemeus græca dictio latine miles dicitur. Hinc Pyrrhus Achillis filius dictus est Neptolemus, id est nouus miles. Vergilius. 2. Aeneid. Cede neoptolemũ

Artemis. Artemidorus. Gethsema. Vehemẽs. Alemãnia. Chrysothemis. Ploxemũ. ptolemos.

geminosq; in limine atridas. Itaq; in simili cōpositione nomen hoc frequenter vsurpatur: vt triptolemus, ptolomeus, philosopolemus, &c. Elementum rerum naturalium vel litterarum principium. Ouid. quarto metha. Densior hic tellus elementaque grandia traxit. Elementū

¶ Differentia.

Corripe flans anemos: produc exanguis anęmos.

¶ Anemos ventus aquilonis mediam correptam habet. Ouid. de tristi. Hinc anemo veniente casæ labuntur ad imum. Sed anæmos exanguis siue absque sanguine eandem habet diphthongo productam. Lucre. lib. ii. Obuius accurrens videt impatienter anæmon. ¶ Dic ergo puer. Exiliens anemon facit vt sit corpus anæmos.

¶ E, ante n. in mediis.

E, super n, longum est: xenos, & stenos, & genos, inde.
Ambenus, alcamenes, asenech, hebenus, berenice,
Aduena, miritenes, echeneis, carcenas, istis
Fumenis, eurimene, iuuenis, missumenos, addam
Olenos, orchomenus, cum nictymene, berenicis,
Sic & archæmenides, archęmenes, argena dictis
Poemenis, atque phonolenides, helene, amphigenia,
Ormenis, ormenium, vel parmeno, parthenos arcta
Cazomene, cum, melpomene, vel parthenopea.

¶ E, ante n, in medijs producitur: vt agarenus, agenor, suffenus, &c. Excipiuntur primo omnia quæ cōponuntur ex græca dictione xenos. i. hospes vel peregrinus: vt philoxenus. i. vir hospitalis: axenus inhospitalis, aristoxenus, id est optimus hospes &c. Secundo excipiuntur composita a sthenos, id est fortitudo vel robur: vt calisthenus, Demosthenes, Borysthenes &c. Tertio excipiuntur composita a genos, id est genus, siue illa latina sint: vt ingenuus, indigena, ingenium, &c. siue gręca: vt dyogenes harmogenes, protegenes, &c. Quarto excipiūtur vna & triginta dictiones in textu. Ambenus mons & oppidum in insula Colcho. Vale. flaccus libro sexto. Arduus æquoreis supereminet ambenus vndis. Alchamenes, peritissimi sculptoris nomen. Ausonius in epygram. Prouidus alchamenes tali pollebat in arte. Asenech oppidum hebræorum latine ruina vel pręcipitatio interpretatur. Sedul. de Iud. Nō ita cōtinctis asenech furiabat in armis. Hebenus vel hebenū arbor cuius lignū est nigerrimū. Verg. ii. gęor. Fert hebenū solis est thurea virga sabeis. Berenice berenices præciosi lapidis & reginę egypti nomen. Prudentius in psicomachia. Quid

Ambenus
Alchamenes.
Hebenus
Berenice.
Asenech.

Aduena. multa decorare iuuat digitos berenice. Aduena extraneus vel peregrinus
quasi ex longinquo ad nos veniat. Papinius primo achilleidos. Nec te co
mas neq; enim aonium nemus aduena pulso. Sed auena mediam produ
cit per regulam. Vergilius in Bucolicis. Syluestrem tenui musam medita
Miritenes. ris auena. Miritenes preciosa gemma. Priscianus in perihegesi. Mirite
nemque bonum nardi cum reddat odorem. Echeneis piscis paruæ quan
Echeneis. titatis, qui tamen maximas naues sui pręsentia immobiles sistere facit, at
que ideo latine remora quasi a remorandis nauibus dicitur. Luca. lib. 6.
In medijs echineis aquis oculique drachonum. Caue hic ne cum indoctis
Carcenas. echinus per tres syllabas protuleris. Carcenas carcenatis, nomen piscis.
Lucretius libro septimo: Carcenas oceanum cauda crispante secabat. Fu
Fumenis. menis furia. Silius libro secundo. Fumenis in medios irrumpit turbida
Eurymenę. coetus. Eurymenę eurymenarum oppidum est Thessalię. Valerius flaccus
libro sexto. Eurymenas rigido tandē mauorte subintra. Iuuenis qui nu
Iuuenis. per adolescentia excessit. Horatius de arte poetica. Imberbis iuuenis tan
Missumenos. dem custode remoto. Missumenos adiectiuum græcum est displicens &
odiosus, cuius contrarium est disexapothos: quia maxime optatum & iu
cundum significat. De vtroque Martialis inquit in apoph. Non erit in
turba quisq; missumenos ista: Sed poterit quiuis esse disexapothos. Ole
Olenos. nos vel olenus oppidum ætholiç & aliud Boetiæ. Statius libro decimo
Orchomenus Thebaidos. Olenos Ionijs & fluctibus hospita portu. Orchomenus vel
orchomenon, mons, fluuius & oppidum Thessaliæ. Ouidius. v. Metha.
Nyctimene. Vsque sub orchomenon protendere vela iubebat. Nyctimene nyctime
nes puella in noctuam versa, vel ipsa noctua. Ouidius secundo Metham.
Berenicis Crimine nyctimene nostro successit honori. Berenicis berenicidis oppi
Achęmenides. dum phrygiæ. Silius libro tertio. Affuit vndosi cretus berenicide miles.
Achæmenides vnus comitum Vlyssis dextra validus explicatur. Verg. in
Achęmenes. tertio æneidos. Nomē achęmenides Troiam genitore adamasco. Achæ
menes vel achęmenus primus rex Persarum. Vnde & Persę Achæmenij
Argena dicti sunt. Proper. lib. 2. Non tot achæmenijs armantur fuga sagittis. Ar
gena vel argenas Apollo in argia oppido cultus. Seneca de Hercu. fu. Ar
poemenis genam pictis colunt sub antris, Saphicum est. Poemenis nomen canis, &
pastoralis latine sonat. Ouid. iij. metha. Poemenis & natis comitata har
Phonolenides. pya duobus. Phonolenides ebrius & rapidus explicatur. Lucanus lib. ix.
Illa phonolenides furiata mente petiuit. Helene helenes vel helena hele
Helene næ vxor fuit Menelai propter quā Troia cecidit. Fuit & mater Cōstan
tini quæ crucē domini inuentā curauit: sed pro quacunque muliere for
Amphigenia. mosa sumitur. Ouid. in epi. Redde parim nobis Helenā Menelaus habe
bit. Amphigenia oppidū Boetię. Papi. 4. thebai. Huic parere dati quos
Ormenis fertilis amphigenia. Ormenis nymphæ nomen. Ouid. in epist. Ormeni
Ormeniū quęso meis oculos affige tabellis. Ormenium pagus Boetię. Corne. de vi
Parmeno ta Alex. Ormenij fundos fecūdaque pręla querunt. Parmeno onis astu
Parthenope tus seruus apud Teren. cautus inuentor latine dici potest. Phile. in saty.
Nō ego vulpina venio tibi Parmeno mēte. Parthenope pes, vel parthe
Clazomenę. nopea peę, vrbs Italię quam Neapolim nunc vocant: vt est in hoc Vergi
lij epithaphio. Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc Parthe
nope, cecini Pascua, Rura, Duces. Clazomenę menarum, oppidū Assyrię

Hora.lib.7.Clazomenis etiã lites cũ rege molestas. Melpomene melpomenes vna musarũ dulce canens dicitur. Verg.de inuentis musarũ. Melpomene thraico proclamat mœsta boatu. Parthenos vel parthenus pro masculino & parthenice parthenices ꝓ fœminino est virgo. Bap.i Ma. Parthenice mea qualis erat iã grãdior euo:hinc est pertini⁹ appellatiuũ qui ex muliere natus est:que virgo nupsit. Iuue.saty.12. Parthenio factas vrne cratera capacẽ hinc est, & partheni⁹ ꝓpriũ mõs fluuius & oppidũ archadie. Verg.in bucco. Frigora parthenios canibus circundare saltus. Melpomene. Parthenos.

¶Documentum.

Porcena,& armenia.neriene,carmina mutant,

¶Tres dictiones in textu variãt:e:ante,n,in medijs. Porcena romanorũ rex circunspectus latine explanatur. Martia libro primo. Hãc spectare manum porcena non potuit. Verg.8.æneid. Necnon tarquinium eiectum porcena iubebat. Armenia regio. Papynius primo syluarũ. Armenia & patiẽs latij iam pontis raxes. Luciliu⁹ libro nono. Viribus hesperis duplex armenia paret. Neriene nerienes filia martis vel ipse mars aut bellũ. Papi.in syluis. Oppositas acies neriene vincera certat:Correptionis autem testimonio est Aulus gelius qui id nominis variãdum tradit. Porcena. Armenia. Neriene.

¶E,ante,p,in medijs.

E,p,breue est, quæ dant lephæq;,palæq;,licepes.

Sic odoeporus,æsepus,præsepe,Iosephus.

Sic & hypepa moror si vis asclepius addes.

¶E,ante,p,in medijs breuiatur vt elephas olephus thelephus &c. Excipiuntur primo omnia composita a dictione græca lephæ, id est detrũcatio. vt sinalepha vocalis perẽptio epysinalepha comestionẽ depositio. Secundo excipiuntur composita a vocabulo græco palæ, id est diuturne vt palephan⁹ qui diu & prolixe loquitur palefagus qui diu mãducat. Palepolis diuturna & vetus ciuitas. Tertio Excipiũtur septẽ:dictiones in textu. Lycepes nomẽ centauri. Statius in syluis. Prelia miscebat recta ceruice lycepes. Hodoeporus itinerarius siue viator. Claudianus in epy. Vnde precor tanto properas hodoepore motu. Aesepus fluuius prope colcum. Corneli⁹ de vita alexand. Et fluxum equoreas æsephus voluit in vndas. Præsepe id in quo pecora pascunt. Calphur.in bucco. Ad sua iam pasti redeũt præsepia thauri. Iosephus optimus iudaice historiæ cronographus. Sedulius de iudeis. Si qua fides nostro fuerit præstãda Iosepho Hypæpa Hypæporum oppidum Lidie sub culmine montis interpretatur. Ouidius.6.Metha. Orta domo parua paruis habitabat hypepis. Asclepi⁹ poeta lydius qui genus hoc carminis primus excogitauit quod asclepiadeum nuncupatur & pro carmine ipso non inepte sumi potest Sedulius de iudeis. Fallaces hominum mentes asclepius edat. Lycepes. Hodoeporus. Aesephus. Præsepe Iosephus. Hypega. Asclepius.

¶ E,ante,q,in medijs.

Ante q,corripis,e,medijs, nihil excipiatur.

¶ E,ante,q,semper corripitur vt diequarti diequinti &c. Testis est Aulus gellius. 9. Noctium atticarum. Belligerabantur pedites equites diequinti.

¶ E,ante r,in medijs.

E,super,r,breuia,remex,caris,heresis,annus,
Austerus,crater,abdera,cythera,cytheræ,
Poderis,panther,arcera,seuerus,acheras,
Oementhera,megera,statera, arteria,iberus,
Arceris,procera,chymera,neera,cytheron,
His cauterius, & cauteria:siue galerus,
Et centuria,vel sincera,machera,cyperus,
Sother, & neutrum Produc quod in erium abiuit.
Ni donet glycos astra magister siue minister.

¶ E,ante r,in medijs breuiatur vt superus:camera:posterus &c.
¶ Excipiuntur primo quę ex vna quattuor primarum particularum in textu componuntur:vt a remex trieris nauis trierachus eius rector. A caris,(id est gratia)Caristerie reconsiliande gratię munus. Caristerius amicitie & fauoris captator. Ab heresis vt epapheresis:dieresis:synæresis figurarum diuisionis nomina. Ab annus:vt bieteris bieteridis.i. biennium trieteris trieteridis i.trienniū.trietericus ca,cum, quod tertio quoq; fit anno vt trieterica festa bacchi.Sil.lib.4.Edonis vt pangea super trieteri de motu.Vergil.in geor. Fertur & audito stimulant trieterica bacco.

Austerus. ¶ Secundo excipiuntur octo & viginti dictiones in textu. Austerus ra, rum,durus & rigorosus.Lucre.lib.6.Austerum ostendens vultum velut

Crater. hernicus infit.Crater crateris latum poculum.Vergilius.1.ęnei.Crateras

Abdera. magnos statuunt & vina coronant. pro eodem & Cratera tere,dicitur. Abdera oppidū thracie. Oui.in ibin.Aut te deuoueat certis abdera die-

Cythera. bus. Cythera cytherorum sine singulari mons & insula iuxta chretam.

Cythere. Verg 1.ęnei.Hunc ego sopitū sopno super alta cythera. Cythere cythe-res venus Auso.in epygm Nec bis cincta diana placet nec nuda cythere. Dicitur tamē & cytherea secūda correpta.Verg.1.ęneid Parce metu cy

Poderis. therea manēt immota tuorū.Poderis sacerdotale vestimētū casulā galli

Panther. vocāt.Ennius.Labitur ad plātas poderis iuppiter imas.Panther theris, vel pāthera pāthere aial plurimis variatū maculis Bap.in epy. Nō se tā

Arcera. varijs maculis pāthera colorat.Arcera curr⁹ vndiq; claus⁹. Auso.in epy.

Supplicibus nymphis pluuias arcera vetabat. Seuerus,era,rum,grauis & moratus quasi satis verus dictum volunt. Ouidius in fast. Dulcia nec cly menes verba seuerus habet. Acheros acheri insula prope cycladas. Valer. Flaccus.4. Nauibus aduersis tandem sulcatur acheras. Oemanthera ho minum generatio Lucretius lib.10. Tot pecudum parthus vix oemāthe ra ferebat. Megera infernalis furia. Ouidius de trist. Attonite trepidant anime bacchante megera. Stratera id quo res lancibus pōderātur. Sedu. libro.3. Mandat iusticies equa trutinare statera. Arteria rum. vel arteria arteriæ meatus est sub gutture per quem spiritus a pulmone trahitur & ab eodem remittitur. Lucretius libro.4. Asperiora foris gradiens arte ria clamor. Iberus fluuius hispanie Lucretius libro.4. Qui prestant ter ris infert tibi nomen iberus. Arceris ærea securis qua sacerdotes quondā hostias in sacris mactabant. Papinius in syluis. Arcerim excussit porrecta fronte iuuencus. Procerus procera procerum est lōgus longa longum. Verg.9.æneid. Procerā Aerata gestabat cuspide pinum. Chymera mons lycie in cuius vertice sylua est plena leonibus. in descensu autem fecunda sunt pascua. in valle vero sunt paludes plene serpētibus. Propterea poe te & dialectici fingunt esse monstrum quod caput leoninum ventrem ca prinum & pedes serpentinos habeat. Ennius. Bellorophō multa fregit virtute chymeram. Neęra mulier rustica fumosa interpretatur. Verg. in buc. Infelix o semper ouis pecus ipse neęram. Cytheron mons boetie ve neri & baccho sacer. Pap.2.theb. Phebados & rauco resonat clamore cy theron Cauterius vel cauterium illud est instrumentum quo notę prodi torum frontibus imprimūtur. Cauteria autē nota ipsa vel impressio est Mani.lib.2. Debita sacrilegam tetigit cauteria frontem. Galerus rustica num capitis tegmen. Iuue. saty.6. Et nigrum flauo crimen abscōdere ga lero. Centeria insula cētum cōtinens vrbes sicut creta iouis patria. Pro per. Non tales procerum sensus centeria nutrit. Sincerus sincera sincerū est purus & immaculatus. Prudē. in psicomachia. Non venit obscenum sincero e pectore carmen. Machera bellicum instrumentum plumbeam clauam nunc vocant. Catul. in epist. Cui concisa graui fregerunt ossa ma chera. ¶ Cyperus arbor & herba latine ligustrum. Enni9 de bel. pu. Atq3 vbi iam dense simul accessere cypero. Sother eris. saluator & sotheria sal uatio. Sedul. de euang. Scripta prophetarum talem sothera recludunt.

Seuerus. Acheros. Oemanthera. Megera. Statera. Arteria. Iberus. Arceris. Procerus Chymera. Neęra. Cytherō. Cauteri9. Galerus. Centuria. Sincerus. Machera. Cyperus.

¶ Tertio excipiuntur neutra in erium terminata vt misterium: bapti sterium: cœmiterium &c. ¶ Hinc rursus excipiuntur quattuor deducta a di ctionibus in tex. positis vt a glycos, id est dulcis. glycerium, id est dulcis amor. Martia. in epy. Dat sua formose munera glycerio. Ab aster vel a stra, id est, stella asterium, id est constellatio. Lucretius libro.7. Asterium multi voluebant ordine longo. A magister magisterium. Tibul. lib. tert. Quum mea ridebāt vana magisteria. A minister ministerium. Vergili9. in.6.æneid. Triste ministerium & subiectam more parentum.

¶ E, ante s, in medijs.

E, super, s, curtant, hinc esimus, esis, & esos,

Hebesos,ancæsa,genesa,galesus,Iesus,
Sic arcesius,& carchesia,siue cabesus,
Et lycabesos,halesinus, atq3 ecclesia,halesus,
Larnesus,vel marpesus,magalesia,opesos,
Lyrnesus,magnesia.cum cynesias,istis
Et cum myndesos,milesius,atq3 malesus,
Theumesus,micalesos,ethesia,siue vagesus,
Ternesus,masęsylii,prynnesia,anesum,
Argigoresa,simul,coniunges,& titaresus.

❡E,ante s,in medijs corripitur vt genesis ephesus nemesis &c.
❡Excipiũtur primo numeralia in esimus esima esimũ vt vicesimus:tri
cesimus quadragesimus &c. ❡Secundo excipiuntur nomina græca ter-
tię declinationis q̃ exeũt in esis.& apud gręcos p ei scribũtur.quia apud
latinos in e, longum semper vertitur vt dioccsis: poesis:phronoesis: &
alia cõplurima. Tertio excipiũtur cõposita ex particula græca næsos.i.
insula vt pelopõnesus procõnesus cherpõnesus &c. Quarto excipiũtur
due & triginta dictiones in textu. Herbesos oppidum est prope hiblam
Herbesos. Silius.14. Non herbesos iners nõ emula fluctibus hesbe. Ancęsa sunt que
Ancesa. cũq3 vasa sculpta & circũcisa.Statius de nuptijs stel.Fulgentes mensis pa
teras ancęsa decorant.Genesa oppidum indie. Ouid.de trist.Nũc mare
Genesa. feruet vbi pulchra genesa fuit.Galesus fluuius laconie Sta.in syluis.Et la-
Galesus. cedemonij pecuaria culta galesi.Iesus per tres syllabas hebrea dictio lati
Iesus. ne saluator dicitur.nec aspirationẽ recipit.Bapti.lib.2.parthe.Ma.Stre
nuus indigenas populos abigebat iesus. Arcesius vlyssis auus & generale
Arcesius. nomen ducis atticorum.Ouid.13.metha.Nam mihi laertes pater:est ar-
cesius illi.Carchesium latum poculũ quo sacerdotes in sacrificijs vteban-
Carchesiũ tur & pars suprema veli. Vale.flac.lib.3. Ipse ter equoreo libans carche-
sia patri.Cabesus oppidum indie.Cor.de vita alexã.Equora iã parue sul
Cabesus. cat vicina cabeso. Lybesos mons atticus. Papi.12.theba. Vitibus & pin-
Lybesos. gui melior lycabesos oliue.Halesinus fontis nomen in macedonia. Pris-
Halesinus cianus in perihegesi.Hinc & halesinus fons est mitissimus vndis.Ecclesia
Ecclesia. græca dictio latine cõgregatio clericorum potest explicari.Sedul.de iu-
deis Multiplices habuit genitrix ecclesia ritus:Halesus fluuius sicilie.Co-
Halesus. lumella lib.11. Et quæ sicanij flores legistis halesi. Larnesus nomen vrbis
Larnesus. in armenia.Ouid.in fast.Temporibus vestris retro larnesus abibat.
Marpesus:mons in insula parho. Hinc est marpesius sia, sium.i. durissi-
Marpesus mus ma,mũ. Vergili.6.æneí. Quã sit dura silex aut stet marpesia cautes
Megalesia orum.sine singulari solemnia & ludi magne deę Oui.4.fast.
Megale Institeram quare primi megalesia ludi. Opesos:fluuius & oppidũ dalma
Opesos.

cię. Ouid. primo tristiū. Inde mesambriacos portus & opeson & arces. Lyrnesus Phrygiæ oppidum. Verg. in. xij. ęneid. Lyrnesi domus alta solo laurente sepulchrum. Magnesia regio, vrbs, & promontorium Indiæ Ouidius in epistolis. Imbellem tenuis profert magnesia turbam. Cynesias vna cycladum. Manilius libro tertio. Classibus aduersis cynesias obuia venit. Myndesos Syriæ oppidum. Cornelius de vita Alexandri. Belligeros quondam pedites myndesos agebat. Milesius populus iuxta Indiam. Catullus in epigrāmatis. Sunt veneris choreæ, sunt hic milesia vesca. Malesus mons Phrygiæ. Lucretius libro septimo. Oppida fumiuomum non sunt subiecta maleso. Themesus mons Thebanus. Papinius libro septimo. Themesum rapidis conscendit gressibus heros. Micalesos, promontorium argiuorū. Stat. in syl. Exigitur præceps micalesi littora circum. Ethesia vētus spirās ante ortum caniculę: sed Ethesiæ pluraliter vt iam dixisse memini, rectius inflectitur. Plures enī ei⁹ nominis sunt vēti. Lucil. tamen lib. 5. ait. Cum cane ferales deducit ethesia morbos. Vagesus mons & oppidum Calabriæ. Silius in decimo. Iam longinqua procul repetebant arua vagesi. Thermesus, fluuius lybię. Priscianus in perihegesi. Thermesi vitream raptim prætermatat vndam. Masęsilij populi Capadocię. Baptista de dionysio. Hinc masęsilias directo tramite gentes. Prynnesia fluuius Misię. Lucre. lib. xij. Et quas magnus aquas quondam prynnesia fudit. Anæsum herbæ nomen. Colu. lib. 7. Cum loto taxoque frequens miscetur anæsum. Argiresa oppidū ætholię. Corne. de vita Alexandri. Argiresa viris fulgentia spicula mittit. Titaresus fluuius Græciæ Lucre. lib. 2. Hic voluit titaresus aquas & gurgite paruo.

Lyrnesus. Magnesia Cynesias, Myndesos. Milesius Malesus Theumesus. micalesos. Ethesia Vagesus Thermesus. Masęsilij. Prynnesia. Anæsum. Argiræsa. Titaresus

ℭ Documentum.

Pleuresis, & phrenesis, mathesis, pro carmine muta.

ℭ Tres dictiones in textu mediam habent communem. Pleuresis dolor laterum. Macer de virtut. herb. Costarum quam pleuresim vocat attica lingua. Pruden. ad Damasum. Hei mihi vtrumque latus genitori pleuresis vrget. Phrenesis furor capitis. Mar. lib. 4. Declamas in febre mathon hanc esse phrenesim. Serenus. Ex vitio cerebri phrenesis furiosa mouetur. Mathesis diuinandi scientia. Bapt. contra impudice scribentes. Sunt sophiæ partes est ingeniosa mathesis. Sedulius de laude Mariæ. Nec vetita quisquam mathesi sua pignora tentet.

Pleuresis. Phrenesis Mathesis.

ℭ E, ante t, in mediis.

E, t, moror ducta annus, ethon, vel etas, areteque,
Ascheros, archetypus, macetes, cynetes, amethystus,
Darcetis, arteticus, hecathebeletes, arethusa,
Herpeta, cercetius, haliæetus, hespereithusa,
Eteretes, achete, iapetus, phlegeton, phaethusa,

Massagetes,oretæ,magete;vel acrenetus,istis
Hereticus,cum lapetie,crysendeta iunges,
Cum nemeta,nepeta,heluetij,vegeto,venetusque,
Lucetia,atque pareneticus,vel pometiorum,
Thyrsagetes,vel taygetus,vel pleureticorum,
Lucretius,cum pencetio,quod splendat agatur.

¶ E,ante t,in medijs producitur:vt paracleto paracletas,id est aduoco vel consolor, paracletus,id est aduocatus vel consolator, caue ne cū stulto imperitorum vsu paraclitus per i,in tertia syllaba proferas:quia infamem significat, quod spiritui sancto attribuere nepharium puto:vt in Apologia latius ostendi. ¶ Excipiuntur primo composita ex breuibus, impetus.im peto,pedetentim &c.Secūdo excipiuntur composita a nomine annus:vt bieteris,trieteris,bietericus,trietericus, &c. Tertio excipiuntur composita a tethon,id est positio:vt epytethon, antitethon asyntethon &c.quæ figurarum sunt nomina.Quarto excipiuntur nomina tertiæ declinationis quæ in etas exeunt:vt satietas,ebrietas,&c. Quinto composita cum simplici arethe.i.virtus.vt arethusa,panaretus, aretalogus,&c.Sexto excipiuntur nouem & triginta dictiones in textu.

Aschetos. Aschetos vel aschetus nomen equi.Bap.de Alphon.Aschetus inde volat rapidis quasi percitus alis.

Archetypus. Archetypus archetypa archetypum exemplaris quasi principalis forma:vt quę ab authore primo prodijt.Iuue.saty. 2.Et iubet archetypos pluteum seruare cleantas.

Macetes Macetes vel maceta,populus macedoniæ.Stat.in achilleide.Quod macete sua tela cient quo tur bine cestū.

Cynetes Cynetes cynetis musca quæ longis crurib⁹ rostrū in capite habens inter paludes ægypti & Indię nascitur.Lucre.libro nono.Nec cynetes duro prorūpat corpora rostro.

Amethystus. Amethyst⁹ lapis qui gestātē ab ebrietate seruat:interpretatur enim sine ebrietate. Verg.in priapeis. Quod si forte velim potare amethyste iuuabis.

Darcetis Darcetis,fœmina quę in piscem versa est.Ouid.4.metha.Darceti quam versam scammis velantib⁹ artus

Arteticus Arteticus artetica arteticū fluens inter carnē & cutē. Macer de virtuti. herbarū. Quem grauat artetici nimium violētia morbi.

Hecatebeletes. Hecatebeletes, Apollo sic dictus,ꝙ centū animaliū immolatione ei sacrificaretur. Lucillius.lib.7.Mox hecatebeletes purā sufflauit in aurē.

herethusa Herethusa nymphæ nomen.Catul.ad Euandrum.Non me cachelides non herethusa tenet.

Herpeta Herpeta morbus qui testiculos imminuit.Corn.de vita Alex. Quā miserū est tantā grauis opprimit herpeta mentē.

Cercetius Cercetius populus thratiæ. Priscian.in periheg.Cercetij sua regna tenent sua iura tuentur.

Haliæetus Haliæetus nomen auis.Bap.in epygram.Multus & argutis haliæetus insonat agris Tu tamen per quatuor syllabas id nominis haliætus proferre potes: sed tunc penultima producitur.

Hesperethusa. Hesperethusa nymphæ nomen . Martialis in epistolis Si forsan nescis hesperethusa vocor.

Eteretes Eteretes sunt Cretenses. Silius decimoquarto.Eteretum cuneos non fausta ad prælia minos.

Achete achetes est cicada. Catulus ad lesbiam. Plurima nocturnis achete resonabat in hærbis. Iapetus nomen regis Appuliæ, & pro vento sumitur. Ouid.1. Meth. Quam satus iapeto mixtam fluuialibus vndis. Phlegeton phlegetōtis infernalis fluuius semper ardens explicatur. Vergili⁹ in sexto. Tartareus phlegeton hic saxa sonantia torquet. Phaetusa solis filia. Ouidius secundo Methamor. Plãgorem dederant equis phaetusa sororū. Potest tamen per tres syllabas proferri phetusa sicut eius frater Phaeton per duas pheton. Massagetes vel massageta populus Scythiæ. Silius lib.3. Nec qui massagetem monstrans feritate parem. Orethæ populi Thraciæ. Priscianus in perihegesi. Fluctuat equoribus: necnō orethæ q; feroces. Magete populi Scythię. Seneca de Hercule feren. Nullius tantos magetę furores. (Saphicum est.) Acænetus qui communitate neglecta suã solius curat vtilitatem. Iuuenalis satyra septima. Discipuli custos præmordet acænetus ipse. Hereticus hereseos defensor. Sedulius de fide. Hereticos statuit flammis vltricib⁹ vri. Lampetie lampeties filia Solis. Proper. libro.3. Pauerat hos Phœbo filia lampetiæ. Crysendetū, vas aureum vel saltem auro inuolutum. Martialis libro. 7. Ponuntur semper crysendeta calpetiano. Nemeta nomen fontis Assyrię. Statius in syl. Augmentum nemeta sumente fugantur ad amnem. Nepeta nomen hęrbæ. Serenus. Si plagis nepetam solers coniunxeris vllis. Heluetij populi quos suitences vocant. Baptista de exhortatione. Heluetij tibi dura acuunt venubula & enses. Vegeto vegetas est cresco crescis. Sedulius de confessoribus. Vita dum pręsens vegetaret eius. (Saphicum est). Venetus populus maricola vrbes enim mari fundatas incolit. Baptista de Alphon. Reddita sunt Veneto tandem vexilla leoni. Lucetia oppidum Venetię. Tibullus libro tertio. Lucetię portus infausta pupe secabis. Pareneticus, qui furorem ex humiditate cerebri contrahit. Serenus. Iunge pareneticos quibus est infesta cerebri. Pometij pometiorum Italiæ oppidū. Vergilius in sexto Aeneid. Pometios castrumq; iui bolamq; coramq;. Thyrsagetes populus Scythiæ Baccho imprimis deditus. Valerius Flaccus libro sexto. Thyrsagetem cinctūq; vagis post terga silebo. Taygetus mōtis nomen. Lucilius libro.3. Taygeto bellis puber exercita venit. Pleureticus qui pleuresim patitur Macer de virtutibus hærbarum. Pleureticum multo tu vix medicamine sanes. Lucetius apud Thuscos est Iuppiter, q lucem nobis prębeat. Vergilius.9. Aeneidos. Lucetium portę subeuntem ignesq; ferentem. Pencetius oppipum siliciæ Opidius 14. Metamorphoseos. Pencetiosq; sinus mesapiaq; arua relinquit. Spleneticus qui dolorem splenis patitur. Macer de virtutibus hærbarū. Spleneticus nimio nescit ridere dolore.

Achete. Iapetus Phlegetō Phaetusa. Massagetes. Orethę. Magete. Acęnetus. Hereticus Lampetie Crysendetum. Nemeta. Nepeta. Heluetij. Vegeto. Venetus. Lucetia. Pareneticus. Pometij. Thyrsagetes. Taygetes Pleureticus.

¶ Documentum.

Tu vietus temetum pones vt metra requirunt.

¶ Duę dictiones in textu mediam habent cōmunem. Vietus, ta, tū, qui naturę viribus destituitur vt maxime in egrotis fieri solet. Lucre lib. iij.

Nec supra caput eiusdem cecidisse vietum. Hora. in epodo. ode. 12. Quis sudor vietis & q̃ malus vndiq; membris. Temetum forte & indomitũ vinum, quasi mentem teneat atq; impediat. Catulus ad calua. Nõ viuos temeti calices haurire timebit. Martia. in epist. Mox surrẽtini trulas ciatosq; temeti.

¶E, ante u, in medijs,

E, super u, produc, tamen isteuones breuiatur.

¶E, ante u, in medijs longatur, vt parasceue, longeuus, prerimeuus &c. Sed isteuones populi nomẽ corripitur. Baptista de exhor. Isteuones lõgis incurrunt quominus hastis.

¶E, in vltimis syllabis.



Breuia primæ & quintæ cum compositiuis.

Nomina vel plurale simul monosyllaba produc.

¶E, in vltimis syllabis corripitur, vt domine, Christe, dilige. ¶Excipiuntur primo nomina primæ declinationis: quia vbicũq; habent e, in fine illud producunt. ¶In nominatiuo, vt penelope, grammatice, logice &c. ¶In genitiuo & datiuo, vt epistolæ, pecuniæ, virgæ, musę &c. ¶In vocatiuo & ablatiuo, vt o anchise, manasse, ebdomadæ &c. ¶In nominatiuo & vocatiuo pluralibus, vt bestiæ, puellæ, feminæ &c. ¶Secundo excipiuntur ablatiui nominum quintæ declinationis cum eorum compositis aduerbijs, vt specie, re, die. Vnde sunt quare, pridie, postridie, hodie, quotidie &c. ¶Tertio excipiuntur nomina in e, pluraliter tantum declinata, vt tẽpe, cete, mele &c. ¶Quarto excipiuntur dictiones monosyllabæ: vt me, te, se, pre, de, e, he, &c.

¶Documentum.

Longat quinta fame, tamen & fame tertia curtat.

¶Declinabant antiqui hæc fames famei per quintam declinationẽ. Nostri vero fames famis per tertiam inflectunt. Vnde fit vt ablatiuus fame nunc posteriorem ꝓducat, nũc vero corripiat. Verg. in. 6. Aeneid. Obijcit ille fame rabida tria guttura pandit. Ausonius in epyg. Nõ fame sollicita tales adigaris ad vsus.

¶Documentum.

Quæ fini componuntur monosyllaba curto.

¶Quando syllabicæ adiectiones in e, cõponũtur in fine dictionis corripiuntur: vt huiusce, tute, suapte, tuapte, &c. Lucre. libro. 1. Accipe præterea quæ corpora tute necesse est. Idem lib. 9. Hosce dedit fleuitq; abiẽs de pectore questus.

¶Documentum.

Omne doce longum est: nisi tertia flexit olim.

¶ Verbum actiuæ vocis secundę coniugationis imperatiui modi secūdę psonæ singularis numeri præsentis tēporis: sicut doce, moue, stude. &c. vltimam semper producit. At quoniā verba secundę coniugationis quę habent e immediate ante o, fuerunt olim tertiæ eorum quantitas apud poetas adhuc sæpe manet: vt a cauo cauis. Hora. in epi. ait. Viue, vale, caue ne titubes mandataq; frangas. A vido vidis. Pers. inquit satyra prima Auriculas vide sic ne maiorum tibi forte. A valo valis. Ouidius scribit. 1. tristium. Idq; quod ignoti faciunt vale dicere saltem. Quoties igitur hęc & similia verba offendis ad tertiam refuge coniugationem. Nam Verg. vj. æneid. Ille autem paribus quas fulgere cernis in armis. A fulgo fulgis. Idem. 2. Geor. Feruere leucatem paribus quę effulgere in armis. A feruo feruis & effulgo effulgis. Tu tamen caue imitari nisi in tali & tanto opere quale & quantum est illud in quo id illi faciunt.

¶ Documentum.

Nomine de flexus aduerbia ducta secundi,

Siue gradus, seu non habeant moror: irrita demam.

¶ Aduerbium in e, descendens a nomine secundæ declinationis siue positiui siue superlatiui siue nullius sit gradus comparationis vltimā producit: vt pulchre pulcherrime, docte doctissime, recte rectissime &c. Item eximie, pie, egregie, &c. Dico autem descendens a nomine secundæ declinationis: quia alioqui vltimam corripit: vt dulce, molle, leue, pro dulciter, molliter, leniter. Ita sępe, mane, rite, nempe, quippe, & similia: superlatiuum tamen semper produces. Tria vero irrita & irregularia sunt bene, male, & mage, quæ in positiuo vltimam breuiant exemplorum referta sunt vbique omnia.

¶ Documentum.

Duc ferme, atque fere, bacche, atque pape simul ohe.

¶ Quinq; dictiones in textu posteriorē syllabā longant. Ferme. i. quasi. Iuue. sat. 6. Mobilis & varia est ferme natura malorū. Fere idē. Iuue. saty. iij. Nulla fere causa est in qua nō fœmina litē. Bacche interiectio bacchātiū. Hora. lib. 3. Vsq; ad mala citaret io bacche modo summa. Pape interiectio admirātis. Pers. saty. 5. Marcus dāma pape marco spondente recusas. Ohe interiectio satietatē indicantis. Mart. vlt. Ohe iam satis est ohe libelle, Phalenticum est. Ferme Fere Bacche. Pape. Ohe.

¶ Differentia.

Quæ, cum diphthongo duces: sine qua breuiabis.

¶ Quę nomen diphthongo scribitur, & ita semper produci debet. Sed que coniunctio diphthongo caret & semper corripitur. Stat. in theb. 4. Quę variat fortuna vices hominumque deumque. Nec vllo modo mihi probantur qui coniunctionem per titellum q;, & nomen per e, que scribunt: quia nulla est sine vocali syllaba. Quæ. Que.

¶Differentia.

Curto ne dum quærit: ſed ne per cætera duco,

Ne. ¶Ne varias habet ſignificantias: ſed quãdo interrogat ſicut vtrum corripitur. Verg. 1. æneid. Tantane vos generis tenuit fiducia veſtri: ſed pro alijs ſignificatis vt affirmando vel prohibendo producitur. Perſius ſatyra. 1. Ne mihi polydamas & troiades labeonem. Verg. 6. æneid. Tu ne cede malis, ſed contra audentius ito.

¶Differentia.

Curto ve disiungens: ſed longo ve maledicens.

Ve. ¶Ve coniunctio encletica breuiatur. Ouid. de nuce. Non ventns fraudi ſolve geluve fuit. Sed ve interiectio execrantis vel maledicentis producitur. Perſ. ſaty. v. Ve niſi conniues oleum artocreaſque popello.

Τέλος.

¶In te IESV ſpes mea recumbit.

¶Petri Pontani Cæci Brugenſis In Artem Verſificatoriam Liber Quintus.

¶De litera i, in primis, medijs & vltimis ſyllabis.

¶I, ante b, in primis.



Nte b, corripis i, in primis: hinc fibula, vibex.
Hibernus, ſcribo, libethrus, tibia, libo,
Sybia, viburnum, ſcriblita, & ſibilus, ibis
Vibius, & tybur, vel tribula, hybernia mutant.

¶I, ante b, in primis corripitur: vt tribulus, lybia, liburnum, &c. Excipiuntur quindecim dictiones in textu.

Fibula. Fibula ſpinter, quo mulieres ſe ornant. Vergilius tertio æneidos. Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem.

Vibex. Vibex vibicis ſignum in cute poſt verbera remanens. Perſius ſatyra quinta. Si puteal muſta cautus vibice flagellas

Hybern⁹. Hybernus hyberna hybernum, id eſt hyemalis & frigidus. Baptiſta in Bucolicis. Hæc pater hybernos nobis recitabat ad ignes.

Scribo. Scribo mitto vel litteras formo. Perſius ſatyra prima. Scribimus incluſi numeros ille hic pede liber.

Lybethr⁹. Hæc lybethrus vel hæc lybethra, mons & fons Boetiæ qui muſis conſecrantur. Ruffus in Arato. Et deuota virum tegeret lybethra peremptum.

Tibia. Tibia muſicum inſtrumentum vel pars corporis. Statius ſeptimo thebaid. Tibia cui teneros ſuetus producere manes,

Libo. Libo libas, leniter præbeo vel ſacrifico. Perſius ſatyra ſecunda At bona

pars procerum tacita libabit acerra. Sibia vrbis, fluuij, & poculi nonen. Calphurnius in bucolicis. Sibia quam voluit gestet mea sibia lympham. Viburnum paruum virgultum. Vergilius in bucolicis. Quātum lenta solent inter viburna cupressi. Scriblita species libi quam ignari tartam vocant. Martialis libro tertio. Circumlata diu mensis scriblita secundis. Sibilus flatus. Vergilius in bucolicis. Nam neque me tantum venientis sibilus austri. Ibis ibidis ciconia. Iuuenalis satyra decimaquinta. Pars hęc illa pauet saturam serpentibus ibim. Vibius vibia, vibium, id est duplicis vitę sicut anser anasque, quia tam in terra quam in aqua vitam habent. Statius tertio syluarum. Vibia cur magnos æquant animalia diuos. Tybur tyburis oppidum Italię. Silius libro octauo. Hinc tybur catille tuum sacrisque dicatum. Tribulum tribuli vel tribula tribulæ, rusticum instrumentū ad radendam & conterendam frugem in arca. Vergilius primo Georgico. Tribulaque trabeęque & iniquo pondere rastri. Secundo excipitur nomen hybernia quod primam habet ancipitem. Est autem insula Angliæ vicina inter septemtrionem & occidentem. Lucretius libro nono. Frigida quam subitum nacta est hybernia solem. Bap. de Alphon. Est locus ex ipsis vocitatur hybernia rebus.

Sibia. Viburnū. Scriblita Sibilus Ibis. Vibius. Tybur Tribulū.

¶ Differentia.

Mobile vel bacchus duc liber: cætera curta.

¶ Liber quadrifariam accipitur. Primo enim est non subiectus & non obligatus adiectiuum. Secundo est bacchus, deus vini vel ipsum vinum & his duobus modis priorem producit. Pers. saty. 5. Liber ego vnde datū hoc sumis tot subdite rebus. Verg. in buco. Liber pampineas inuidit collibus vuas. Tertio est volumen literarum. Quarto est cortex arboris: & his duobus modis priorem corripit. Horat. de arte poet. Hic meret æra liber socijs hic & mare transit. Verg. in Buco. Aret ager sicca moriens liber aret in vlmo. ¶ Dic ergo puer. Optimus ille liber quo viuis criminę liber. Item. Non crescit liber qui riget orbe liber.

Liber

¶ I, ante c, in primis.

Curtat i, c, vates: ficus, dica, icarus, icon,
Vicus, picenum, licen, ficedula, picus,
Mica, ico, nice, psyche, vel lycia, picus,
Sicut, siciliquus, picumnus, spicula, sycos,
Picaque, cum sica, trica, sicelia, spica,
Et quæ viginti trigintaque dant remoramur.

¶ I, ante c, in primis corripitur: vt vicium, frico, mico, &c. ¶ Excipiuntur primo quinque & viginti dictiones in textu. Ficus arbor, fructus, & morbus. Martia. in epygram. Cum dixi ficus rides quasi barbara verba. Dica obligatorium illud est in quo debita notantur. Catullus in epygrā.

Ficus Dica.

Icarus. Icon Vicus Picenum Lychen. Ficedula Picus Mica Ico Nice. Niciteriũ Pſyche Licium Phycus Sicut Siciliquus Picũnus Spiculum Sycos Pica. Sica. Trica. Sicilia. Spicus.

Glubis ad vſque miſer redimes quo peſſime dicam. Icarus dedali filius & pro quibuis temerario accipitur Nota eſt fabula. Ouidius primo triſtiũ. Icarus icarias nomine fecit aquas. Icon iconis figura ad alterius ſimilitudinem formata. Manilius libro quarto. Non bene colloquijs iſtis tuus ad ſonat icon. Vicus pagus vel viarum tranſitus. Baptiſta in bucolicis. Tempeſtiua dedit toti ſpectacula vico. Picenum regio Italiæ. Lucilius libro ſeptimo. Quamquam Piceno diues locuplete teneris. Lychen morbus qui a mento incipiens totum corpus inficit, quare mentagra dicitur. Auſonius in epygrammatis. Iam tua tabificus ſerpit per viſcera lychen. Ficedula auis nomen, de quo ſupra. Martialis in epygrammatis. Mergere ficedula didicit nebulone parente. Picus volucris grandiſſima grifoni parum diſſimilis. Ouidius decimoquarto methamorphoſeos. Picus in auſonijs proles ſaturnia terris. Mica eſt cuiuſlibet rei minutum fragmentum. Martialis libro ſecundo. Mica vocor quod ſim ſeruis cœnatio parua. Ico icis percutio. Catullus ad Gellium. Infeſtum telis icere muſca caput. Nice nices victoria quod in compoſitione frequentiſſime reperitur vt nicolaus, id eſt victor populi, nicopolis victorioſa ciuitas, niciterium victoriæ premium &c. Iuuenalis ſatyra tertia. Et ceromatico fert niciteria collo. Pſyche pſyches animam & amicam ſignificat. Lucillius quinto libro. Hanc ego non pſychen, toti præponere mundo. Licium extrema pars telæ vel panni. Lucanus libro decimo. Vt mos eſt pharijs miſcendi licia telis. Phycus phicuntis oppidum & promõtorium in pontho. Lucanus libro nono. Impulit ac ſeuas meritum phycunta rapinas. Sicut ſicuti aduerbium: ſatis notum & quicquid ſimilis eſt in cõpoſitione vt ſicuti ſicubi, ſicunde. Prudentius de anima. Sicut enim locuples ita pauper ad æthera ſcandit. Siciliquus menſura ſex ſcrupula continens Philelphus ſatyra viceſima. Siciliquos tantum binos ex aſſe reducunt. Picumnus herbæ nomen. Columella libro quinto. Multus odoriferæ coeat picumnus oriſſe. Spiculum haſtę genus. Baptiſta contra impudice ſcribentes. In mores acuunt ſpicula multa pios. Sycos vel ſyca latine ficus dicitur. Martialis libro quinto. Quadraginta ſecat qui dicit ſyca merice. Pica auis ſatis nota. Martialis in epiſt. Pica loquax certa dominum tè voce ſaluto. Sica breuior gladius a ſecãdo ſic dictus, quem graſſatores baculo includere ſolent. Martialis libro tertio. Quodque tibi tribuit ſubula ſica rapit. Trica tricæ vel trice trices oppidum Cretæ & alterum Appuliæ, ſumiturq; pro quauis re vili, & nullius momenti. Seneca in Hecuba. Parua cortyne ſterilique trice. Saphicum eſt Martialis in epygrammatis. Sunt apinæ tricæque & ſi quid vilius iſtis. Sicilia regio. Cornelius de vita Alexandri. Hæc crementa tulit magnis Sicilia campis. Siculus tamẽ corripitur. Vergilius primo æneidos. Vix e conſpectu ſiculæ telluris in altum. Spicus, ſpica ſpicum, tria ſunt ſubſtantiua eiuſdem ſignificantiæ & quantitatis ariſtam enim ſignificant. Manilius libro quarto. Quam denſus noſtro fructificatur ſpicus in aruo. Baptiſta in Bucolicis. Et iam triticeas cogebar in hortea ſpicas. Cicero in arato. Spicum illuſtre ferens inſigni corpore virgo. ¶ Secundo excipiuntur deriuata a viginti & triginta vt viceſimus, vicenus, vicies, tricenus, tricies, &c. Papinius in ſyluis. Fortibꝰ his dextris viceſima turba dabatur.

ℂ Documentum.

Ticinum varia: cui rite sicania iungam.

ℂ Duæ dictiones in textu primam habent communem. Ticinus fluuij nomen a quo oppidum illud dictum est ticinum quod nunc papiam vocant. Sil. lib. I. Dum romana tuę ticine cadauera ripę. Sidon in tertio panegy. Vltima iam claros quærunt post damna ticini. Sicania regio quam nunc siceliam, nunc trimecriam, & sępe triquetram appellant. Ouid. 13. metha. Sicania tribus hæc excurrit in æquora linguis. Lucre. lib. xv. Pandit frugiferos variatą sicania portus. Ticinus. Sicania.

ℂ Differentia.

Produco ternæ: sed corripio dico primæ.

ℂ Dico dicis tertiæ coniugationis priorem producit. Verg. in buc. Alternis dicetis amant alterna camœnæ. Sed dico dicas inflexionis primę est confirmo, copulo, sacro, & eandem corripit. Verg. I. æneidos Connubio iungam stabili propriamque dicabo. ℂ Dic ergo puer. Laruis corda dico quoties periuria dico. Dico.

ℂ I, ante d, in primis.

I. d, moror, sed vi, didius, didyme, cidicini.

Et didymus, cnidos, atq; fides, ideo, vel hydaspes.

Ac idioma, quidem, thidium, mida, idoneus, inde.

Sic hydor, aut idiota, & idume, non breuiamus.

ℂ I, ante d, in primis producitur: vt idus, pridem, fidus &c. ℂ Excipiūtur primo omnia quæ habent vi, ante d: vt video, viduus, videor &c. Secundo excipiuntur sedecem dictiones in textu. Didius Cæsar Romanus imperator. Philel. in satyris. Quæ tantum nostrę didium bona secula gēti. Didyme didymes vna ex æolijs insula prope Siciliam. Ouidius septimo Metamorphoseos. At nou olearos didymeq; & thenos & andros. Cidicini populi Campaniæ. Silius libro quinto. Nec cidicina cohors desit viridasmus armat. Didymus est geminus, quo nomine apud Gentiles Apollo, apud nos vere, Thomas Apostolꝰ dictus est. De priore Martialis libro tertio. Plus habuit didymus, plus philomelus habet. De posteriore, Sedulius libro quinto. Cui didymus cognomē erat misteria sanctæ. Hæc cnidos vel hæc cnidus cnidi oppidum Phrigiæ. Lucanus libro octauo. Aura fluens cnidon inde fugit, claramq; relinquit. Fides fidei est dictorum conuentorumq; constantia & veritas Vergilius in primo æneidos. Cana fides, & vestra remo cum fratre [illegible]rinus. Sed fides fidis tertiæ declinationis est corda cythare vel ipsa [illegible]thara. Baptista. I. Parthe. Catha. Versus in æthyopē fidibus spoliatus & arcu. Ideo cōiunctio satis nota. Ouid. de trist. Non ideo nostris sunt inimica viris. Hydaspes fluuius Indiæ. Lucanus libro sexto. Qua rapidus gāges & qua nyseus hydaspes Didius. Didyme. Cidicini. Didymꝰ. Cnidos. Fides. Ideo. Hydaspes

Idioma. Idioma atis, sermo siue loquutio. Sedulius de ascensione. Vocibus miris idioma cepit. (Saphicum est). Quidem. Quidem coniunctio satis nota. Sedul. lib. 3. Iusta quidem merces nostro est promissa labori. Rhidium. Rhidium genus vasis quod angusto fundo amplum habet orificium. Martialis libro secundo. In rhidio poteras phœbe lauare pedes. Mydas. Mydas vel myda hui⁹ mydæ rex fuit Phrygiæ, & pro quouis turpiter auaro sumitur. Papinius in syluis libro secūdo. Viue mydę gazis & lido ditior auro. Idoneus. Idoneus conueniens & aptus. Horatius in episto. Hæc ego procurare & idoneus imperor & non. Hydor. Hydor aqua latine dicitur: & in cōpositione frequentissimum est: sicut hydropicus. hydria, hydroporus &c. Seneca in tragœdijs. Nō hydor nostros fugiat per hortos. (Saphicum est). Idiota. Idiota illiteratus & nihil aut parum sciens. Baptist. in epyg. Hæc te qui docuit nō idiota fuit. Idume. Idume idumes pars regionis Iudaicæ. Lucanus libro tertio. Casaq; & arbusto palmarum diues idume.

¶ Documentum.

Fidena & cydon vates mutare sinuntur.

Fidena. ¶ Duæ dictiones in textu primam syllabam habēt communem. Fidena oppidum Italiæ. Vergilius in. 6. æneidos. Hic tibi nomentum & gabios vrbemq; fidenam. Iuue. saty. 6. Viuat fidenis & agello cedo paterno. Cydon. Cydon oppidum Cretæ, & alterum Phœniciæ, populusq; istorum incola. Vergilius. 10. ænei. Dumq; sequens clytium infelix noua gaudia cydon. Silius libro. 2. Gesaq; latratuq; cydon tectumq; sociq;: quod in deriuatis quoq; sicut cydonius cydonia cydonium, & cydonis cydonidis obseruādum est. Nam Vergilius libro quarto æneidos ait. Cydoniam picto clamidem circundata lymbo. Martialis vero scribit in distichis. Sit tibi cecropio saturata cydonia melle.

¶ Differentia.

Hoc breuiatur idem, sed mas producitur idem.

Idem. ¶ Idem generis masculini priorem producit. Prudē. libro quarto. Forti viue animo quoniā deus omnibus idem est. Sed idem generis neutri⁹ eandem corripit. Baptista. 1. Partheni. Maria. Semper idem sentire omneis & amare necesse est ¶ Dic ergo puer. Ius tibi fertur idē, sanctis modo vix eris idem.

¶ I, ante f, in primis.

I, super f, breuiant simplex & compositum.

¶ I, ante f, in primis corripitur, tam in simplici quam in composito, vt rifus, ifo, cifus &c. Biformis, triformis &c. Simplicia tamen per ph, aspiratum scribi posse non inficiabor.

¶ I, ante g, in primis.

Antę g, corripis i, pigargus, frigeo, piga,

Et fligo.bigæ,trigæ,digentia,flige
Viginti,frigo,sigeum,phrygia,stigo
Triginta,& trigon,figo,friguillaque duces.

¶I ante g in primis breuiatur:vt piger,niger,ligo &c. Excipiuntur decem & septem dictiones in textu. Pigarg⁹,cauda alba interpretatur. Est enim aut anguilla aut syluestris capra albā habens caudam. Iuue.saty.vj. Summe cum magno lepus atq aper & pigargus, Spondaicus est versus, Frigeo verbum satis notum. Persius satyra tertia. Nō frigent visa est si forte pecunia siue. Piga rei siue anterior siue posterior extremitas.trāslatiue autem pro mentula & natibus sumitur. Horatius satyra secunda libri primi. Ne nummi pereant aut piga aut denique fama. Fligo fligis pcutio,sed in compositione magis reperitur,vt cōfligo,perfligo. defligo &c.Claudianus ad Adrianum. Flectit & assuetam spolijs affligit egestas. Bigæ bigarū currus qui duabus rotis agitur. Lucretius libro vndecimo. Suetus olympiacum bigas agitare per orbem. Trigæ trigarū currus qui rotis tribus agitur. Papinius in sylvis. Non ita flammiuomis rapitur per sydera trigis. Digentia nomen riui in Italia. Hora.xix.epist. Me quoties reficit frigidus digentia riuus. Fligæ fligarum oppidum Thessaliæ. Cornelius de vita Alexādri. Ausonio trepidas percinxit milite fligas. Viginti numerale nomen,& quicquid inde est,sicut vigenus,vigesies,si latinū est.vicenus enim & vicesies sicut tricenus & tricesies concinnius dici supra ostendimus. Vergilius primo æneidos. Viginti tauro magnorū horrentia centum. Frigo frigis frixi est quippiam in patella decoquo. Baptista in epigrāmatis. Mille modis epulas gluto sartagine frigit. Sigeū promontorium Troiæ. Statius in sylvis. Sigeū Priami referebat Roma Neronis. Phrigium lignum illud emortuum quod in tenebris relucet. Seneca de Hecuba. Phrigium totis micuit theatris. Saphicum est. Stigo stigas est pungo pungis:sed compositione frequētius reperitur:vt castigo, instigo, prestigo &c. Ouid.de tri. Talib⁹ illecebris vanos instigat amores. Triginta numerale nomen. Verg.quinto æneidos. Triginta capitum fetus enixa iacebit. Trigon trigonis piscis quem turturē vocāt. Lucretius libro septimo. Plurimus obsceno natitabat in æquore trigon. Baptista tamen in Parthenice Mariana corripit dicens. Et gladij rostrū caudāq trigonis aquosi. nisi forte mendose sic legatur pro gladij & rostrum & caudam &c. Figo figis verbum satis notum. Vergilius in Buco. Et quondam nostris figent magalia terris. Friguilla nomen auis. Ruffus in arato. Si matutino friguilla resultat ab orbe.

Pigargus. Frigeo Piga Fligo Bigæ Trigæ Digentia. Fligæ Viginti. Frigo Sigeum. Phrigiū. Stigo Triginta Trigon Figo. Friguilla

¶Documentum.

Strigilis atque gygas recte variare licebit.

¶Duæ dictiones in textu primam habent cōmunem. Strigilis quo equi purgantur vel pannus quo in balneis vtuntur. Persius satyra.v. I puer & strigiles crispini ad balnea defer. Iuuena.satyra tertia. Strigilibus pleno

Strigilis.

Gygen. componit linthea gutto. Gyges hui⁹ gygę vel gygis: est enim primę vel ter tię declinationis indifferenter greca dictio, latine versutus & fallax explicatur. Verg. 9. ęneid. Principio phalarim & succiso poplite gygen. Ouidius quarto fastorum. Quid grauius victore gyge captiua tulisset.

¶ I ante l, in primis.

I, super l, produc, bi, tri, cilium, scylaceum,
Ac hilaris, gilium, pylos, atque cilindrus, ilerda,
Sic hilaredus, hylax, & hylactor, hylas, lilybeum,
Et milium, pylades, philos, atque lilea, cylydros,
Iunge philix, philyte, milo, deinde cilixque, philaxque,
Et quibus s, aut r, pręit i, sed syla moratur.
Thile, psilotrum, thylonnis scilicet adde.

¶ I, ante l, in primis producitur: vt miletus, pileus, mile, milia, substantiua. Nam mille adiectiuum positione producitur. Excipiuntur primo composita ex particula bi, vel tri, vt bilix, bilinguis, trilix, trilinguis, bilogus, trilogus &c. Secundo excipiuntur duę & viginti dictiones in textu. Cilium. Cilium folliculus ille qui oculum tegit. Propertius. Ne precor inspicias, oculis ciliisque leuatis. Scylaceũ. Scylaceum promontorium & oppidum Italiæ. Vergilius in tertio ęneidos. Caulonisque arces & naufragium scylaceum. Hilaris. Hic & hęc hilaris & hoc hilare est lętus lęta lætũ. Ouidius de arte. Vult hilares animos officiosa Venus. Gilium. Gilium promontorium Dalmatiæ. Cornelius de vita Alexandri. Moxq; cohors gilio collecta classe propinquat. Pylos. Hæc pylos vel pylus oppidi nomen Nestoris patria. Papinius. 4. Theb. Mittit opes danaasque pylos neleneia turmas. Cilindrus. Cilindrus lapis quo planatur area ad triturandum. Vergilius primo Georgicorum. Area tum primum est ingenti æquanda cylindro. Ilerda. Ilerda oppidum Hyspaniæ. Sil. xvj. Tum lamus & sicoris proles bellacis Ilerdæ. Hilarędus. Hilarædus qui iucũda & delicata carmina & hilaritatẽ audientiũ cantat. Sta. in syluis. Huic vtinam mensę nobis hilarędus adesset. Hylax. Hylax hylacis nomen canis. Verg. in Buc. Nescio quid certe est & hylax in limine latrat. Hilactor. Hylactor hylactoris, nomẽ canis acuta voce latrantis. Ouid. 3. metamor. Labros & aglaodos & acutæ vocis hylactor. Hylas. Pylas hylę puer dilectus ab Herculę. Vergilius in Buc. Clamassent vt littus hyla hyla omne sonaret. Lilybeum. Lilybeum promontorium Siciliæ. Ouid. v. metamor. Leua pachine tibi lilybeo crura premuntur. Milium. Milium genus subtilissimi frumenti. Martia. lib. xij. Frumentum milium ptisanamq; fabamq; solebas. Pylades. Pylades fidelis socius Horestis, & pro quouis fido amico sumitur. Bapt. in epi. Delfrum pylades curat phoseus Horestem. Philos. Philos græca dictio, latine amor explicatur, sed in cõpositione frequẽtius est, sicut philosopus philortiũ, Oenophilus, philelphus, & similia. Verg. 4. æneid. Parua philoctetæ subnixa petilia muro. Lilea. Lilea duarum vrbiũ Græcię nomẽ. Papi. 7. Theb. Coriciũq; nemus propellentẽq; Cilindros

liceam. Hic cylydros vel cylydrus serpens est venenosissimus. Lucan⁹ lib. nono. Chersidros tractuq; via fumante cylydri. Filix filicis herba multarum radicum quæ tritico nocere solent. Persius satyra quarta. Non tamen filix vllo mansuescit aratro. Phylete phyletes insula ponti. Valeri⁹ flaccus libr. quinto. Bizeresq; vagi phyleteque a nomine dicta. Milo vel milon græca dictio latine certator dicitur & multorum nomē est hominum. Luca. I. Pōpeiana reum clauserunt signa milonem. Cilix cilicis populus maritimus apud quem crocus nascitur. Bapti. in fast. Quicquid habent cilices quicquid pāchaia tell⁹. Phylax phylacis latine custos dicitur hinc est artophylax, id est custos vrse. Baptist. I. parthenices marian. Qua micat artophylax resonās qua nascitur auster. Tertio excipiuntur habētia s vel t: ante i: vt stil⁹: stilo: stilas silo &c. Tilia: tiloniū: tilonio &c. hinc rursus demuntur quinque dictiones in textu. Sila mons Lucanie. Vergi. 12. æneí. Ac velut ingenti sila summo ve taburno. Thyle thyles insula vltra Britanniam quæ habitabilis terræ limitem facere dicitur. Vergili⁹. I. Geor. Numina sola colāt tibi seruiat vltima thyle. Psilotrum vnguentū quo se voluptuose mulieres succare solent. Martia. libro. 3. Psilotro faciemq; Lauas & dropace caluam. Thylonnis huius thylonnis gallus ille est qui templis supponitur ad discretionem ventorum. Philel. satyra. 13. Thyllonnem inspicias nunq̄ te flamina ludent. Scilicet coniunctio apta ironie quando aliquid dicimus cuius contrarium significamus. Verg. 4. æneid. Scilicet is superis labor est ea cura quietis.

Filix · Phylete · Milo · Cilix. · Phylix · Sila · Thyle · Psilotrū · Thylōnis · Scilicet

¶ Documentum.

Hyle cum syloa silenus carmina vertunt.

¶ Tres dictiones in textu. Primam habent cōmunem. Hyle hyles oppidum Boetię & populus Scythie. Papinius in syluis. Maiori circundat hylem molimine præsul. Cornelius de vita Alexand. Compositis rebus iam mænia liquerat hyles. Syloa dictio hebræa latine missio interpretatur. Est aūt ille lacus prope templum Hierusalem in quem ægroti descendentes Christo in terris regnante sanabātur a quacunque detinerentur infirmitate. Prudētius de iudeis. Heu gens infelix qui vestris syloa morbis. Arator. Ille iacebat iners cui proxima mota syloa. Silenus nutricius bacchi & pro quocumq; vetulo cantore sumitur. Vergilius in buccolic. Silenum pueri sopno videre iacentem. Idem ibidem. Quantum omnis mundus gaudet cantante sileno.

Hyle. · Syloa. · Silenus.

¶ Differentia.

Ni quando ad ludum spectat mihi pila moratur.

¶ Pila lusorius globulus priorem corripit. Hora. de arte poetica. Indoctusque pile disci vt troci ve quiescit. Sed pila columna quam pilarū vocant & pila pilorum, hasta romanorum eandem producunt. Horatius saty. 4. Nulla taberna meos habeat neque pila libellos. Luca. libro primo. Signa pares aquilas & pila minantia pilis.

Pila

¶ Dic ergo puer. Non bene pila iacit cui pila sepe cadit.

¶ Differentia.

Qui comat abbreuia: pilus qui conterit educ.

Pilus ¶ Pilus crinis priorem breuiat. Persius satyra quarta Ante pilos venit dicenda tacendaque calles. Sed pilus tritorium quo herbe aut res alie in mortario teruntur eandem producit. Lucretius libro tertio. Graminis multiplici triuere salubria pilo.
¶ Dic ergo puer optimus est pilus cui nequit esse pilus.

¶ Differentia.

Arbor curtarum, sed femina phylira produc.

Phylira. ¶ Phylira arbor quam tiliam appellant. Primam corripit. Ouidius .5. Fastorũ. Ebrius in cunctis phylira cõuiuia capillis. Sed phylira nympha eandem producit. Proper. Hæc nato quoties cyroni phylira dixit.
¶ Dic ergo puer. Ornatam phylira ceruicem phylira gestat.

¶ I, ante m, in dissyllabis.

I, super m, longant dissyllaba, sed nimis inde.

Et simul atque mimas, fimus, & thymus vertit hymenex.

¶ I, ante m, in dissyllabis producitur: vt mimus limus limen &c.
Nimis ¶ Excipiuntur primo quinque dictiões in textu. Nimis & simul aduer
simul bia satis nota. Hora. in episto. Sed nimis arta premunt olide conuiuia ca pre. Vergilius æneidos quarto. Quam simul ac tali presensit peste tene
Mimas ri. Mimas mimantis nomen montis in Asia minori. Ouidius Metha. 2.
Fimus Et tandem niuibus rodope caritura mimasq;. Fimus immunditiaes stabu lorum & ouilium. Vergilius primo Georgicorum. Ne saturare fimo pin
Thymas gui pudeat sola neue. Thymas vel Thymum est medulla florum. vnde apes mella conficiunt. Horatius in epist. Quæ circum volitas agilis thy ma non tibi paruum. Secundo excipitur hymen hyminis quia priorem habet communem. Estque nuptiarum deus vel pellicula illa quæ in cor
Hymen ruptione virginitatis puellæ frangitur. Catul. Hymen o hymenee hy men ades o hymenee versus est senarius iambicus. Ouidius in epist. Tur pia famosus corpora iungit hymen.

¶ I, ante m, in polissyllabis.

I, super m, breuiant polissyllaba, simius educ.

Simia, chimerinos, simethus, limoniumque,

Hymera: symmerij, & ni, di, Cymo quoque time.

¶ I, ante m, in polissyllabis corripitur: vt hymetus chimera. Thimesis &c. Excipiuntur primo septem dictiones in textu.
Simius ¶ Simius cautum animal & genus quoddam tormenti. Martia. in Apo
Simia phoretis, Callid⁹ enipas elidere simius hastas. Simia cautum etiã animal

& insula in mari carpatio. Iuuenalis satyra octaua. Simia nec serpēs vnus nec culeus vn⁹. Chimerinos adiectiuum græcum latine hyemalis dicitur Martia. libr. nono. Horrida si brume tēpora chimerinos. Simethi fluuij nomen in Italia. Papinius in syluis. Simethi tacitum latuit secret⁹ ad amnem. Limonium herbe genus persimilis vertice. Columella lib. septimo. Limonij angusto nō debes parcere succo. Simmerij populi sunt thracie apud quos sempiterne dēsantur tenebre. Bapti. in fitnis. Simmerijs mentem tenebris obducta profatur. Hymera fluuiu⁹ & oppidum in regione pontica. Silius lib. 14. Armauere suos qua mergitur hymera ponto. Chimeri- nos. Simethus. Limoniū. simmerij. Hymera.

¶ Secundo excipiuntur cōposita ex di vel ni. vt dimidiū nimirum &c.

¶ Tertio composita ex græca dictione. Cymo, id est fluctus vel time, id est honor vt cymodoce cymothoe &c. Timoeus timarcus &c.

¶ I, ante n, in primis.

I, super n, tineas. linio, pynarusque,

Ac inuus, ninus, atque ninos: insula, & tri, citatus,

S, autem, vel c. solum super i, sociatur.

Hinc sina & sinas, vel mino, chinea minos.

¶ I, ante n, in primis producitur: vt finis vinum linum &c.

¶ Excipiuntur primo septem dictiones in textu. ¶ Tineas tinet: fluuius tuscie. Sili. lib. octauo. In tybrym properans tineq; inglorius humor Linio linis quarte, vel lino linis tertiæ pro eodem est profundo & imbuo. Tibullus. Fortia purifico plasmate membra linunt. Pynarus fluui⁹ macedonie. Priscia. in perihe. Per longum pyramus spatium pynarusq; voluti. Inuus, per tres syllabas est pan deus pastorum. Vergilius libro septimo æneidos. Pometios castrumq; inui bolamq; coramq;. Ninus primus rex assyriorū quo nomine & subsequētes omnes generaliter appellantur. Ouidius. 4. Methamor. Conueniant arbusta nini lateantq; sub vmbra. Ninos nini vel hæc niniue niniues oppidum assyrie. Lucanus lib. 5. Et felis (sic phama) ninos ventosa damascus. Inula nomen herbe. Columella libro vndecimo. Capparis & tristes inule feruleque minaces. Tinea. Linio Pynarus Inuus Ninus. Ninos Inula

¶ Secundo excipiuntur composita ex particula tri, vt trinodus trinoda, trinodum, trinodis & hos trinode trinodia &c.

¶ Tertio excipiuntur habentia s: m: vel c: solum ante i: vt sino sinis sinuo sinuas: minor minaris. Minor min⁹ Cynnamomum Ciner vel cinis &c. Dico autem solum quia si alia littera apponitur prima syllaba per regulam producitur vt crinis scrinium clino spinus spina &c. Hinc rursus demuntur quinque dictiones in textu. Sina huius sine vel more græcanico sinai mons est inter Iudeam & Arabiam in quo præcepta moysi dedit. Et in quo beate Catharinæ corpus residet & colitur. Baptista in parthenice Cathariana. In montes Arabum summeq; cacumina sinæ. Sina.

Sinas Mino Chinea Minos.

Sinas huius sinadis fluuius phrigie. Papin. libro primo syluarum. Purpura sola cauo phrygie quam synados antro. Mino as. duco ducis. Ennius. Non minare gregem custos in prata recusat. Chinea mons brixie qui alio nomine parthenius, id est virginalis dicitur. Catulus ad ianuam. Nō ita pampineo dilecta est chinea baccho. Minos rex cretensiū iustissimus: qui ob id iudex apud inferos esse fingitur. Ouidius. 8. Metham. Omnia possideat non possidet aera minos.

ℂ Documentum.

Dum tinea, & mina, si vis hinulus variatur.

Tinea Mina Hinulus

ℂ Tres dictiones in textu primam habent communem. Tinea vermis qui pannum corrodit. Ouidius. 15. metha. Agrestes tineres obseruata colonis. Sedul. libro quarto. Non mordax erugo vorat non tinea sulcat. Mina mine est libra pro qua mna per vnicam syllabam plerique dicūt. Serenus. Tu minas totidem mecum quod verbera sumes. Prisci. de pond. Mnam vocitant nostrique minam dixere priores. Hinulus pullus ceruę. Ennius. Hinulus exposito sequitur per deuia matrem. Sedul. li. 4. Nascētes hinulos non mater ad inuia trudit.

ℂ Differentia.

Sinus vas produc, alias semper breuiato.

Sinus

ℂ Hæc sinus vel hoc sinum pro poculo priorem longat. Ouid. de tristibus. Nectareas latices non vnus sinus habebat. Vergili⁹ in bucco. Sinū lactis & hęc tibi libia priape quotannis. Sed sinus pro plica vestium vel pro portu eandem breuiat. Vergilius. 4. æneid. Sic effata sinus lachrymis impleuit obortis. Papi. 9. theb. Intrauere sinum laxisque ad carbasa velis.
ℂ Dic ergo puer. Quando bibis sinum fundis ad vsque sinum.

ℂ I, ante p, in primis.

I, p, breue est, iphis, grypus, niphe, hypata. gryphon,

Siphariu̇m, pipo, rhipes, stipendia, sipho,

Triphilis, & sipus, riphei, Pipilo, stipes,

Scipio, vipera, tiphis, stipo, tiphata, morabor.

Iphis. Grypus

ℂ I, ante p, in primis breuiatur vt stipula: stipulor: stips: stipis &c.
ℂ Excipiūtur viginti dictiones in textu. Iphis huius iphios græca dictio latine explicatur & in frequentissima cōpositione est vt iphilus: iphic⁹: iphigenia: iphinous &c. Per se autem est puella quæ in masculū versa fingitur. Ouidius. 9. metha. Vota puer soluit quæ femina vouerat iphis. Gripus nunc gryphonem auem rapacissimam nūc incuruum nasum significat. Proper. Terribiles altis grypi demonib⁹ adsunt & pro eisdem Vergilius in bucco. ait. Iungentur iam gryphes equis euoque sequenti.

Niphe niphes lotrix interpretatur, & Dianæ nomen est. Ouidius quarto methamorphoseos. Excipiunt laticem nipheque hyaleque rhanisque Hypata hypatę vel hypates hypatis fluuius Siciliç. Silius libro primo. Hypatem ac faciem superari gurgite parco. Gryphon, ontis enigma insolubile. Papinius in syluis. Non tantum gryphonta viris sphinx theba ferebat. Sypharium mimorum premium vel cœnarum velamentum. Iuuenalis saty. 8. Syphario clamosum ageres, vt phasma catulli. Pipo pipas gallinacei pulli & aliarum obiter auium proprium. Ouidius de philomela. Accipiter pipat, miluus hiansque libit. Rhipes oppidum Achiuorum. Baptista in epigrammatis. Robustas acies turmę dabit emula rhipes. Stipendium merces militum & aliorum debite seruientium. Catulus libro tertio. Indomito nec dira ferens stipendia tauro. Sipho siphonis vas vinarium vel ficedula, vnde aqua artificialiter erumpit. Iuuenalis satyra. 6. Effigiemque deæ longis siphonibus implent. Triphilis perfecte amatus dicitur. Priscianus in perihegesi. Triphilis vt nostras quondam properaret ad ędes. Sipus sipuntis oppidum prope Dalmatiam, vbi sepiarum copia abũdat. Sillius libro quinto. Quas recipit salpinapalus & subita sipus. Riphei populi Scythię, qui ventis continuis agitantur. Verg. Geor. tertio. Gens effrena nimis ripheo tunditur Euro. Pipilo pipilas passerũ est vocem edentium, Propertius. Pipilat in tecto passer mane meo. Stipes stipitis baculus vel truncus. Vergilius nono ęneidos. Stipitibus duris agitur subdibusve præustis. Scipio scipionis appellatiuũ virga est vel baculus quo aliquis sustentatur. Ennius. Non mihi languentem fulciuit scipio dextrã. Vipera serpens tam libidinosa, vt in coitu caput masculi dentibus abrodat, cuius ventrem nati prodire volẽtes similiter dentibus lacerant: & ita semper patre & matre mortuis nascũtur. Ouidius decimo methamorphoseos. Vipera diffundit crescentesque abstulit annos. Tiphis nouercus Iasonis cum vellus aureum peteret. Vergilius in bucolicis Alter erit tum Tiphis & altera quæ vehat Argo. Stipo stipas condenso & obturo. Tibullus secundo. Quid stipare iuuat rimas vbi porta patescit. Tiphata tiphatorum, montes prope Capuam. Propertius. Quando tiphata petes genus hoc meminisse iuuabit.

Niphe
Hypata
Gryphon
Sypharium
Pipo
Rhipes.
Stipẽdiũ.
Sipho
Triphilis
Sipus
Riphei
Pipilo
Stipes.
Scipio
Vipera
Tiphis
stipo.
Tiphata

¶ Documentum.

Cum scripulo. typhon: vates pro carmine mutant.

¶ Duæ dictiones in textu primam habent communem. Scrypulum genus ponderis. Mart. in Apoph. Flammari suæ togę scrypula tota decem. Macer. Quatuor aut scrypulos mihi significare videtur. Typhon huius onis violenta ventorũ rotatio, quę aquas vehemẽter cõturbat: & impetuosi gygantis nomen. Lucil. lib. 7, Et trabibus mixtis auidas typhonas aquarũ. Phil el. in. 6. saty. Redderet inferior fieremq; typhonis amator.

Scrypulũ.
Typhon.

¶ Differentia.

Mons rhipa corripitur, sed riuus ripa moratur.

¶ Rhipa rhipę mõs Archadię priorẽ corripit: & pro eodem rhipę rhiparum pluraliter tantum dicitur. Verg. septimo æneidos. Quiq; rhipas

betulumq; tenent atq; arua celene. Sed ripa pro fluuij riuo eandem producit. Verg. in Buco. Parcite oues nimiũ procedere, non bene ripæ Creditur. ¶ Dic ergo puer, Specta e fronte rhipæ, ne tradas corpora ripæ.

¶ I ante q, in primis.

Ante q corripis i, liquetius inde retracta.

Liquetius ¶ I ante q in primis corripitur: vt liquet, siquidem, liquido. &c. Excipitur liquetius Venetiarum fluuius: vnde est adiectiuum liquetius liquetia liquetium, id est venetus veneta venetum. Verg. in nono æneidos. Quales aeriæ liquetia flumina circum.

¶ Documentum.

Liquidus & liquor nomen variare licebit.

Liquidus. ¶ Duę dictiones in textu primam habent communem: liquidus liquida liquidum fluidus & purus. Lucre. libro tertio. Crassaque conueniunt liquidis & liquida crassis.

Liquor Liquor liquoris nomen satis notum. Lucre. lib. primo. Pondus vti saxis, calor ignis, liquor aquarũ. Idem paulopost. Fiet vti cibus omnis & aridus & liquor ipse.

¶ Differentia.

Liquor eris produc, liquor aris corripe semper.

Liquor. ¶ Liquor liqueris deponens tertiæ coniugationis est fluo fluis, & priorem producit. Verg. 1. lib. Geor. Liquitur & zephiro putris se gleba resoluit. Sed liquor liquaris passiuum est liquefio & resoluor, eandemque corripit. Lucreti⁹ libro vndecimo. Protinus ensis atrox fornace liquabitur alta. ¶ Dic ergo puer. Si nix liquatur, mihi pernio calce liquatur.

¶ Differentia.

De liquor duco liqueo, decurto liquesco.

Liquesco. ¶ Liquesco liquescis inquantum a verbo liquor liqueris descendit primam syllabam longat. Ouidius primo de Pontho. Sic mea perpetuis liquescunt pectora curis. Sed inquantum a verbo liqueo liques formatur eandem breuiat, quamuis eadem vtriusque sit significatio. Persius saty. secunda. Tot tibi cum in flammas inimicum omenta liquescant. ¶ Dic ergo puer. Prospera liquescunt mihi nulla aduersa liquescunt.

¶ I ante r, in dissyllabis.

I super r longant dissyllaba, sed myro curtat.

Et pyrus atque pyrum, pyra, siue myrontyros illi.

Cum tyra, tyrus, atque syrax, quiris addere debes.

Myro. ¶ I ante r, in dissyllabis pducitur: vt ira, miror, spiro &c. Excipiunt decẽ dictiones in textu. Myro myronis, peritissimi statuarij nomẽ, & pro

quouis celatore doctissimo recte sumi potest. Statius primo sylua. Quid-
quid & argento primum vel in ere myronis. Hæc pyrus arbor. Vergilius Pyrus.
in Bucco. Insere nunc mœlibee pyros, pone ordine vites. Pyrum fructus Pyron.
pyri. Horatius in episto. Nõ quo more pyris vesci calaber iubet hospes.
Pyra inflammata lignorũ congeries. Verg. in ciri. Ingentem struxere py Pyra.
ram sub sidere nido. Myron ri, latine vnguctum: hinc myropola est vn- Myron.
guẽtorum venditor. Proper. Tempora diffuso cui maduere myro. Hęc Tyros.
tyros vel tyrus huius ri, insula & vrbs phœnicię, Vergiliane didus patria.
Tibullus lib. 1. Prima ratem ventis credere docta tyros. Tyra re, genus Tyra.
quoddã ioci. Vale. Flac. lib. 6. Linquitur abruptis pelago tyra linquitur.
& mons. Tyrus ri, latine caseus dicitur. Tibullus. 3. Pocula sunt pingui Tyrus.
iam sociãda tyro. Styrax styracis genus vnguenti quo mulieres comam Styrax.
fuccare solent. Verg. in Ciri. Non styrace ideo flagrantes picta capillos. Quiris.
Quiris quiritis romulus, mars, hasta, & ciuis romanus. Persius saty. v. Pos
sidet heu sterilis veri quibus vna quiritem.

¶ Documentum.

Tu syrus atq; ciris, pones vt metra requirunt.

¶ Duę dictiones in textu priorẽ habẽt cõem. Syrus populus Syrię. Iu ue Syrus.
nalis saty. 6. Quam quę longorũ vehitur ceruice Syrorum. Idem saty. 3.
Iampridem in tyberim syrus defluxit Orontes. Ciris est scylla, quę quia Ciris.
patri niso fatalem capillum abscidit in alaudã versa est. Interptatur au-
tem tonsa vel rasa. Verg. in Cir. Candida concessos ascendat ciris hono-
res. Idem in ethna. Sollicitamq; cirim minos tuaq; æace in vmbris.

¶ Differentia.

Pro sulco longat, sed pro cythara lyra curtat.

¶ Lyra ꝑ sulco qui in terra ab aratro relinquitur priorẽ producit. Lu- Lyra.
cre. lib. 1. Heu q̃ pauca tuis implesti iugera lyris. Sed lyra ꝑ cythara eãdẽ
corripit. Baptista cõtra impudice scribẽtes. Desine pone lyrã vates insa
ne nec vltra. ¶ Dic ergo puer. Dum facio lyrã non bene pulso lyram.

¶ I, ante r, in polisyllabis.

I, super r, breuiant polisyllaba cyrios educ.

Miritenes, & liriope, pirataq; dictis.

Pirula, cyrene, pyrites, pyramis, addam.

Pyreus, vel pyralis, piromaq; posthæc,

Piria, phthiriasis, lirium, syria iungam.

Pyreicus, cum tyridates, pyrodile cumq;,

Stiria, tiresias, spirenaq;, sirius, inde

Pyrasus, & quę dat cheir aut itos remorabor.

¶ I, ante r, in polisyllabis corripitur: vt vireo, byria, mirica, &c.
Cyrios. ¶ Excipiũtur primo viginti tres dictiones in textu. Cyrios vel cyrius,
dominus & autenticus dicitur. Prudentius de Iudęis. Turpe est heu ni-
Miritenes mium primus cũ cyrios errat. Miritenes gemma preciosa. Priscianus in
Liriope. perihegesi. Miritenemq; bonum nardi cum reddat odorem. Liriope li-
riopes nymphæ nomen, velox cursu explicatur. Ouidius tertio Metha-
Pirata. morphoseos. Cerula liriope quam quõdam flumine curuo. Pirata mari-
nus grassator, & prædo. Lucanus libro secundo. Omne fretum metuens
Pirula. pelagi pirata relinquit. Pirula, mensuræ genus apud Italos. Ausonius in
Cyrene. epygramma. Non ventrem bisquina tuum sat pirula cõplet. Cyrenę cy-
renearum, oppidum Libyæ: sed Cyrene cyrenes vrbs est Græciæ. Alterũ
tamen pro altero sępe vsurpatur. Lucanus libro nono. Aphtica cyrenis
etiam nunc bruma rigebat. Silius libro quarto. Necnon cyrene pelopei
Pyrites. stirpe nepotis. Pyrites lapis plurimum ignis cõtinẽs. Priscianus in peri-
Pyramis. hegesi. Perdita discussus pyrites gaudia ducit. Pyramis midis, est cuius-
cunq; rei sublimis eleuatio: & proprie ad sepulchra magnatium spectat.
Martialis libro primo. Barbara pyramidum taceat miracula memphis,
Pyreus. Pyreus Atheniensis portus Ouidius quinto Metamorphoseos Portus
Pyralis. cæcropius pyreaq; littora tãgit. Pyralis bestiola pennata, quę magnitu-
dinem muscę habẽs ex igne progreditur. Lucretius libro quinto. Luce-
Piroma. temq; focum pyralis solus habebat. Piroma piromatis emplastrum cale-
factiuum. Lucilius libro tertio. Frigore membra tremit subito piromate
Pirea. viuet. Pirea fruticis nomen. Columella lib. vltimo. Pirea miscetur his &
Phthiria- cereale papauer. Phthisiaris pedicularis morbus. Baptista in syluis. Fœ-
sis. dant phthiriasim curuato pollice signat. Lirium, species hærbæ. Colu-
Lirium. mella libro. 7. Lirium pariter recto moderamine iungunt. Syria nomen
Syria. insulæ quæ patria est Pherecydis philosophi & poetæ clarissimi. Papi-
Pyreicus. nius in syluis. Protulit ingenium quodã tibi syra furorem. Pyreicus no
Thyrida- men pictoris præstãtissimi. Proper. lib. 4. Pyreicus parua vendicat arte
tes. locum. Tyridates commune nomen regum Armenię. Propertius. Non
Pyrodile ita tyridates magna se lactat in aula. Pyrodile vel pyrodila vna est inter
hyadas quæ sunt stellæ apud pedes tauri. Papinius in syluis. Humentes
Stiria. madefacta genas pyrodila venit. Stiria cõgelata gutta in tectis domorũ
pendens, & translatiue mucus ille qui de naso pendet. Martialis libro se-
Thiresias ptimo. Turpis ab inuiso pẽdebat stiria naso. Thyresias vel thiresia the-
banus augur, quem Iuno excæcauit, quia arbiter electus mulieres de turpi-
tudine condemnauerat Sed Minerua pro visu amisso diuinam illi sapiẽ-
tiam infudit. Propertius libro quarto. Magnam thiresias aspexit palla-
Sphirena. da vates. Sphirena nomen piscis. Lucretius libro primo. Hic sphirena fu
Syrius. git cauda crispãte per vndas. Syrius stella canicularis. Silius libro primo.
Pirasus. Agminis ardenti labefecit syrius astro. Pyrasus oppidum gręcię. Corne
lius de vita Alexandri. Armatas pugnax demisit pyrasus alas.

¶ Secundo excipiuntur deriuata cheir .i. manus, & iros, id est fortitu-
do vt chironomon, chirurgus, chirographus &c. Ironia, irenarcha. i. ri-
sione &c.

¶ Documentum.

Deriuata notans pyramus muta atque pyrene.

❡Deriuata ex longis producuntur:vt tirynthius a tyrus, Phirinthius a phirus, Dirati a dira, &c. Sed pyramus primam habet communem pro fluuio Thessaliæ. Ouidius quarto methamorphoseos. Tunc erit vndisonus late cum pyramus olim. Priscianus in peribegesi. Per longum pyramus spacium pinarusque voluti. Sic etiam pyrene pro monte hyspaniæ Silius libro decimooctauo. Pyrene misit populos qui nomen amore. Tibullus libro primo. Non sine me est tibi partus honos tua bella pyrene. Pyramus Pyrene

❡Differentia.

De virus longo:sed de vir curto virosus.

❡Virosus virosa virosum:a nomine virus pro veneno, id est venenosus venenosa venenosum primam producit. Lucretius libro secundo. Virosum pauido deducit corpore fretum. Sed virosus a nomine vir est fortis & multam habens virilitatem eandemque corripit. Corne. de vita Alexandri. Extulit ingenium solers mentemque virosam. ❡Dic ergo puer. Quanquam es virosus nescis tamen esse virosus. Virosus

❡Differentia.

De vires duco:de vireo curto viresco.

❡Viresco a nomine vires virium est fortificor, & quasi vires acquiro. Furius apud Aulum Gellium libro decimooctauo, capitulo vndecimo. Increscunt animi, virescit vulnere virtus. Sed viresco a vireo vires est viridis fio eandemque corripit. Baptista de Alphonso. Vndique iucundis iam floribus ora virescit. ❡Dic ergo puer, Corpore virescis: sed nulla laude virescis. Viresco

❡I, ante s, in primis.

I, super s, produc: miser, & crisis, atque bisontos,
Cum ptisana, frisius, phthisis, atque bison, vel hysopus,
Cumque isara, cisium, nisi, siue cisena, visurgis,
Atque phthysis, phisa, siue pisaurus, isaurus, isaurum,
Cumque physi, siser, atque sisymbrium, isidius acta.

❡I, ante s, in primis producitur:vt nisus, risus, fisus, &c. ❡Excipiuntur duæ & viginti dictiones in textu. ❡Miser, misera, miserum, Vnde & misereor misereris, miseror miseraris, miseresco miserescis, miseret impersonale & pleraq; alia. Persi. sat, 3. O miser inq; dies vltra miser huccine rerũ Miser

Bisontos
Ptisana
Frisius
Phthisis
Bison
Hysopus.
Hyssopus
Isara
Cisium.
Nisi.
Cisena.
Visurgis
Phthysis.
Phisa
Pisaurus.
Isaurus
Isaurum
Phisis
Siser.
Sisymbriū
Isidius.

Crisis cum i, latino est iudicium: sed in sola fere compositione reperitur vt hypocrisis, catacrisis, arçocrisis. Lucanus libro vltimo. Et si quis faceret non illi arcocrisis esset. Hæc bisontos vel bisontus oppidum germaniç & alterum campaniç. Ouidius de trist. Quo magnos proceres misit studiosa bisontos. Ptisana ex ordei succo vel farina facta commixtio. Martia. libro duodecimo. Frumentum milium ptisanamque fabamq; solebas. Frisius populus germaniç. Bap. de exhor. Illinc armatas frisij misere cohortes. Phthisis cum ph, & th. aspiratis in priore syllaba est pulmonis exulceratio. Iuuena. satyra. xiij. Et phthisis & vomicç putres & dimidium crus. Bison bisontis animal grande maxime pillosum atque ob id visu multum horribile quod in sola nascitur germania. Martialis in epy. Illi cessit atrox bubalus atque bison. Hysopus herba satis nota. Cornelius de vita alexandri. De pulmone phthisim sumptus pellebat hysopus. Sed hyssopus geminato ss, proprie sanguinē significat, qua in forma scribi legi & intelligi hoc ecclesiasticū debet. Asperges me domine hyssopo, &c. Isara fluuius galliæ qui in rhodanum influit. Lucanus libro secundo. Hi vada liquerunt Isarç qui gurgite ductus. Cisium currus cuius auriga cisiarius vocatur. Ausonius in epygram. Vel cisio trijugi si placet insilias. Nisi coniunctio satis nota. Propertius. Quid mihi cum phario non nisi vana refert. Cisena vrbis nomen in Achaia. Ouidius in fastis. Ferro ignique virum lçta cisena ruit. Visurgis fluuius narboniç. Claudian. ad Octa. Spumens exhausto fonte visurgis erat. Phthysis cum ph, & th, aspiratis & y, grçco in priori syllaba est sputum siue sputio. Proper. Tussis & assidua perluit arma phthysi. Phisa naturæ dea. Lucilius libro secundo. Libertatis amans adsit themis & phisa nobis. Pisaurus vel pisaurū fluuius & oppidum in piceno. Catullus ad Iuuencū. Præterq̄ iste tuus moribunda sæpe pisauri. Isaurus fluuius Italiæ. Lucanus libro secundo. Crustumiumq; rapax & iunctus sapis Isauro. Isaurum oppidū in Lybia. Ouidius in fast. Aphrica victorem de se vocat alter Isaurum. Phisis natura hinc phisicus naturalis. Ausonius de numero. In phisicis tria prima deus mundus data forma. Siser genus herbæ. Horatius satyra. xviij. Peruellunt stomachum siser, halec, fercula coa. Sisymbrium frutex quidam & fructus myrti. Ouidius tertio fasto. Cum sua sunt dominç data grata sisymbria myrto. Isidius isidia, isidium, quod ad isim pertinet. Ouidius in epistolis. Et halon vt vita spoliauit isidius hospes.

¶ Documentum.

Pisidç variare potes, si metra requirunt.

¶ Pisidæ pisidarum, populi sunt, vt opinor, Thessaliæ & primam syllabam habet communem. Priscianus in perihegesi. Post hos pisidū pinguissima rura coluntur. Vbi pisidum syncopatus est genitiuus pro pisidarum. Claudius contra Eutropium. Finibus obliquis Lydi, Pisidæque feroces.

¶ I, ante t, in primis.

I, t, corripimus: citargi, tityrus, educ.

Clitunnus,clitis,cliton,clitellaque titan,
Lis,dis,lithorius,python,pytismata,pytho,
Nitella,& scython,scitor,titilloque,sciton.
His cum scithonia,tithonus,titha,zithus,
Iunges & quibus i,mur,præterit:inde fritillus,
Et mitilo,vitium,mytilene,siue vitellus,
Atque vitelliani,vitulus,britomartis,aguntur.

¶ I,ante t,in primis corripitur:vt ita,cito,scythia,&c. Excipiuntur primo vigintiduæ dictiones in textu Citargi pisces quidam qui in solo mari ionio reperiuntur. Martia.is in epygrammatis. Ionij fluctus,citargos gurgite fasto. Tityrus dorica dictio,latine capra dicitur quo nomine pastor apud Vergilium in bucolicis appellatus est. Tityrus hinc aberat ipse te tityre pinus. Clitunnus fluuius vmbriæ. Silius libro octauo. Clitunnus thaurum,narque albescentibus vndis. Clitis fluuius Gallię. Sidonius in secundo panegyrico. Clitis,claris,arar,& quæ vicina feruntur. Cliton fluuius archadiæ. Papinius quarto thebaidos. Et rapidus cliton & qui tibi pithie ladon. Clitella illud est super quod muli vel equi onera portant. Horatius satyra quinta. Hinc muli capuę clitellas tempore ponunt. Titan titanus,sol. Ouidius primo methamorphoseos. Nullus adhuc titan præbebat lumina mundo. Lis litis,discordia. Martialis in epygrammatis Nunquam lite caret coniux zelotypa tecto. Dis ditis substantiuum est pluto infernorum princeps. Baptista contra impud. Transfugit a superis ad limina ditis & ardet. Sed dis ditis adiectiuum est diues. Vergilius in æthna. Ditibus in forulis & auara conditur archa. Lithorius nomen fluuij in aphrica. Sidonius in tertio panegyrico. Iam caua lithorius resolutus in oppida currit. Python pythonis serpens immensæ magnitudinis quem apollo interfecisse fabulatur. Ouidius primo methamorpho. Strauimus innumeris tumidũ pythona sagittis. Pitisma pitismatis aspersio modici sputi. Iuuenalis satyra vndecima. Qui lacedæmonium pitismate lubricat orbem. Pytho pythonis appellatiuum putredinem significat:sed proprium nymphę nomen est. Lucanus libro decimo. Iamque infecta altum processit in aera pytho. Nitella mica pulueris aurei. Ausonius in epygrammatis. Non modo non aurum ne nitellam rapuere. Scython scythonis vir qui in fœminam versus fuisse fingitur,& ita pro quouis mõstroso homine recte sumi potest. Ouidius quarto methamorph. Ambiguus fuerit modo vir modo fœmina scython. Scitor scitaris interrogo interrogas. Horatius in epistolis. Scitari libet ex ipso quæcunque refers dic. Titillo titillas pruritũ carnis prouoco. Lucretius libro secundo. Titillare magis sensus quam lędere possunt. Scithon scithonis cum i,nostro regio quam nunc thratiam vocant. Ruffus in arato. Non hæc belligeri mart s scithone peracta Scithonia alia regio quæ nunc Scythia appellatur:hi c scithonius,id est scythicus. Verg. in buco. Scithoniasque

Citargi. Tityrus Clitũnus Clitis Cliton Clitella Titan Lis Dis Dis Lithorius Python Pitisma Pytho Nitella Scython Scitor. Titillo Scithon Scithonia

Tithonus. nives hyemis subeamus aquosę. Tithonus marinus deus quē auroræ maritum vocant. Verg. in quarto ęneid. Tithoni croceum linquens aurora cubile. Thita neutrum nomen sine declinatu græcā est littera quæ apud romanos quondam mortis sententiam in senatu significabat. Persius satyra quarta. Et potis es nigrum vitio perfigere thita. Zythus vel zythū potus quidam ex ordeo cōfectus. Columella libro. xi. Et pelusiaci proritet pocula zythi. Secundo excipiuntur habentia m, v, vel r, ante i, vt mitis, vita, ritus, &c. Hinc rursus demūtur octo dictiones in textu. Fritillus tabula super quam aleis vel taxillis ludunt. Martialis in xenijs. Hæc mihi charta nuces hæc mihi charta fritillus. Mitilo tilas propriū cicadę quando vocem edit. Ouidius de philomela. Matutinali tempore tunc mitilas Vitium nomen satis notum. Horatius de arte. Dum vitant stulti vitia in contraria currunt. Mytilene mytilenes nomen vrbis & insulæ. Martialis libro decimo. Quum tibi non ephesos nec sit rhodos aut mytilene. Vitellus pars illa oui in qua vitam pullus habet. Horatius satyra quarta. libro secundo. Quatinus ima petit voluens aliena vitellus. Vitelliani vitellianorum litteræ quas viri ad amicas mittunt. Propertius. Sæpe vitellianos nostros legere puellæ. Vitulus vitula satis clarent. Vergilius in bucolicis. Quum faciam vitula pro frugibus ipse venito. Britomartis nympha quam minos adamauit Vergilius in Ciri. Te britomarti diem potui producere vitæ.

(Margin: Tithon⁹. Thita zythus Fritillus Mitilo Vitium. Mitilene. Vitellus Vitelliani Vitulus Britomartis.)

ℂ Documentum.

Criticus, italia, britanni, siue bithyni,

Pituita, hæc vates passim variare leguntur.

ℂ Quinque dictiones in textu primam syllabam habent communem. ℂ Criticus deliberator & iudex. Martialis libro septimo. Aequalis liber est critice qui malus est. Lucretius libro quinto. Hæc statuunt critici: sed quæ perferre recusant. Italia regio cum suis deriuatis: sicut italicus, italis. italus, itala, italum. Vergilius in nono æneidos. Cōiecto sternit iaculo volat itala cornus. Idem in octauo. Hinc augustus agens italos in prælia cæsar. Britanni populi, quos nunc dicimus anglos. Vergilius in bucolicis. Et penitus toto diuisos orbe britannos. Lucretius in sexto. Nam quid britannis cœlum differre putamus. Bithyni populi in pontho. Iuuenalis satyra decima. Donec bithyno libeat iugulare tyranno. Idem satyra septima. Quanquam & Capadoces faciant equitesque Bithyni. Pituita malus humor a cerebro in os & nares descendens. & nō solum primam sed etiam tertiam variat. Horatius in epistolis. Præcipue senus nisi cum pituita molesta est. Persius satyra secunda. Sopnia pituita qui purgatissima mittunt.

(Margin: Criticus Italia. Britanni. Bithyni Pituita.)

ℂ Differentia.

De scio producas: sed de cieo citus arctes.

ℂ Scitus, scita, scitum, id est subtilis & doctus a scio scis priorē producit:

(Margin: Scitus.)

Tibullus. Hæc obiecta mihi quæstio scita venit. Scitum etiam substantiuum pro statuto longatur. Lucanus libro.i. Per vim sunt leges & plebis scita coacte. Sed citus cita citum i. velox a cieo, cies. i. voco vel moueo eã dem corripit. Baptista.i. Partheni. Maria. Quæ prægressa citos vt mouit ad hostia passus. Situs etiã adiectiuũ pro situatus vel positus: & situs substantiuum inflectionis.4. pro sorde priorem curtant Ouidius de tristi. Hic situs est cui iam non satis orbis erat. Lucanus lib 4. Feda situ facies votis non quadrat amantum. ¶ Dic ergo puer. Qui sermo est scitꝰ non solet esse citus. Scitus.

¶ Differentia.

Verbum longabis, nomen nitor abbreuiabis.

¶ Verbum nitor niteris. i. intendo & laboro priorem lõgat. Ouid. 7. Metamorphoseos. Nitimur inuetitum semper cupimusq; negata. Sed nomen nitor niteris. i. splendor vel pulchritudo a niteo nites. i. splẽdeo splendes eandem breuiat. Propertius. O quãtũ hęc placidi forma nitoris habet. ¶ Dic ergo puer. Quãtũuis nitor mi nequit esse nitor. Nitor.

¶ I, ante u, in primis.

I, super u, longans, quæ dant nix tris breuiato.

¶ I, ante u, in primis lõgatur, vt liuor, priuo, priuilegium &c. Excipiũtur primo deriuata a nomine nix niuis, niuosus, niueus, niualis &c. Secundo excipiũtur composita ex particula tris vel bis, vt triuia, triuium, triuicus, biuia, biuium &c.

¶ I, ante b, in medijs,

Nte b, corripis i, medijs, sed oribasus educ,
Et bilis bundus quod quarta inflectio donat.

¶ I, ante b, in medijs corripitur: vt delibutus, delibuta, delibutum, feribius, teribium &c. Excipitur primo, Oribasus quod est nomen canis, & montem ascendens interpretatur. Ouid.3. Metamor. Pãphagus & dorcæus & oribasus archadas omnes. Secundo excipiuntur verbalia in bilis & in bundus, quæ a verbis quartæ coniugationis descendunt: vt a lenio lenis, lenibilis & lenibundus. Ab audio audis, audibilis & audibundus. A sentio sentis, sensibilis & sentibundus. Lucretius tamen sensibilis corripuit. ¶ Dico autem notanter quæ a verbis quartæ coniugationis descẽdunt: quia si a verbis aliarum cõiugationum veniant, breuiantur: vt terribilis, odibilis, frangibilis &c. Oribasus.

¶ I, ante c, in medijs.

Curtat i, c, vates, sed barbara ducit in icus.

Lorica, anticus, berenicis, aricia, apricus.

Formica, erica, bellicanus, berenice,
Grinicon, vesica, pudica, caica, labicus,
Mendicus, lectica, marica, æquicolus istis.
Lumbricus, petricosus, febricito iunges
Nutrico, cum pedico, postica, palicus,
Et conuicia: laserpicia, vel caprificus,
Sic multicia, vel rubrica, myrica, periclum,
Ac redimicula, phenicopterus, atque triuicus:
Hinc vrtica, pediculus, aut vmbilicus illis
Mox vstica: saticulus, atque nouicius addes
Quæ cratis, canis, & vitis, clauisque: sitisque,
Et cunus, cutis, atque teges, dant ducere debes,

¶ I, ante c, in mediis breuiatur: vt fasciculus, ædicula: orichalcum &c.

¶ Excipiuntur primo barbara in icus terminata: vt Sildericus, Hēricus, Federicus &c. Dico autem barbara, quia latina & græca corripiūtur, vt rusticus, dominicus, persicus &c.

¶ Secundo excipiuntur quadraginta nouem dictiones in textu. Lorica armaturæ genus quasi hamis aut squammis consutum. Ouidius tertio Metamor Loriceque modo squammis defensus & arte. Anticus antica anticum, vetus & nobilis Vergilius Aeneidos primo. Vrbs antica fuit tyrij tenuere coloni. Berenicis berenicidis oppidum Thessaliæ. Silius lib tertio. Affluit vndosa cretus berenicide miles Aricia Italiæ oppidum. Vergilius septimo Aeneidos. Viribus insignem quē mater aricia misit. Apricus aprica apricum, sole gaudens. Persius satyra quinta. Aprici meminisse senes quid pulchrius at cum. Formica bestiola breuis quidem, sed omnium prudentissima Baptista in epygramma. Qualiter instituas vitam formica docebit. Erica nomen herbæ. Columella libro. 6. Feruorē membris populax circa repellat. Bellicanus bellicana bellicanum expugnax & feruidus ad bellandum. Ausonius in epygram. Bellicana cohors medios rumpebat in hostes Berenice preciosus lapis. Iuuenalis saty. 6. Myrrhina deinde adamas notissimus & berenices. Grinicon griniconis fluuius Macedonię. Papinius in syluis. Grinicon saturatus aquis de vertice sommo. Vesica, instramentum quo excrementa ventris recipiūtur. Propertius. Sic agitat donec tacitum vesica pepedit. Pudicus pudica pudicum, castus & verecundus. Ouidius de tristibus. Incoluit clausos virgo pudica lares. Caicus fluuius & mons Græciæ, populusque germaniæ. Ouidius in tertio de arte. Queque bibunt vndas myse caice tuas. Labici Italiæ populi. Silius libro duodecimo, Assequitur campos ingressus & arua labici.

Lorica. Anticus. Berenicis. Aricia. Apricus. Formica. Erica. Bellican9. Berenice. Grinicon. Vesica. Pudicus. Caicus. Labici.

Mendicus mendica mendicum, pauper qui elemosinam queritat. Martialis in apophoretis. Ne mendica ferat barbari prandia muli. Lectica cubile siue lectus. Tibullus. Paruula torpentes sopnos lectica fouebit. Marica oppidum italię & morbus libidinosorum inguinum. Iuuenalis satyra tertia. Cedūtur tumidę medico ridente maricę. Aequicolus Thuscię populus. Silius libro octauo. Littus arant rastrisque nouant æquicolatura. Lumbricus vermis lubricus qualis in puerorum ventribus nascitur. Macer de virtut. herb. Lumbricos ventris hanc sępe bibendo necabis. Petricosus, petricosa, petricosum, molestus. Propertius. Petricosus eris non mitia verbera dorso. Febricito febres patior. Catullus. Diriguit virtꝰ toto febricitat anno. Nutrico nutricas, est nutrio nutris. Lucretius lib, nono. Non eadem cunctis tellus nutricat in agris. Pedico pedicas rem dictu & auditu indignā exerceo. Martialis. Pedicatur oros fellat linus olle quid ad te. Sic etiam pedico pediconis pro eo qui rem tam nefariam exercet. Martialis lib. tertio. Concisis natibus nō est pedico maritus. Posticus postica posticum, quod post siue retro est. Hora. in episto. Atria seruantem postico falle clientem. Palicus Iouis & Thaliæ filius. Iterum veniens latine interpretatur. Ouidius quinto methamorphoseos. Stagno palicorum rupta feruentia terra. Conuiciū obiurgatio multarū vocum. Martia. in epyg. Lis erit ingenti faciet conuicia voce. Laserpicium genus fruticis & herbę. Colume. lib. 7. Narcisso & sitiso duo laserpicia miscent Caprificus herba est cuius radix murum quantumuis solidatum penetrare fertur. Persius satyra prima. Innata est rupto iecore exierit caprificus Multicium vestis maxime tenuis qua voluptuosi in estate solent vti. Iuuenalis satyra. 2. Si videas quero an deceant multicia testem. Rubrica, id est quo aliquid rubro signatur. Persius satyra. v. Excepto si quid masuri rubrica vetauit. Myrica tenue virgultum in Italiæ frequens. Vergilius in Buco. Non omnes arbusta iuuant humilesque myricę. Periculū a pereo peris est malum quod perire minatur. Sed a perior periris est experimentum. Nam facere periculum alicuius rei est illam experiri. Verg. 3. ęneid. Quis te nate dea per tanta pericula versat. Redimiculum ornamentum, a redimio redimis. i. orno nas, sub quo cōprehēdatur quodlibet aliud inculū a verbo quarti cōiugatus. Iuue. saty. 7. Paulatim qui longa domi redimicula sumunt. Phœnicopterus auis magna rubicūdas habens alas. Iuue sat. xj. Et scythicę volucres ac phœnicopterus ingens. Triuicus Italiæ pagus. Hora. sat. 5. Nunq̄ erepsemus nisi nos vicina triuici. Vrtica herba vulgaris ab vrendo sic dicta. Pers. satyra. 6. Vrtica & fixa fumosum sinciput aure. Pediculus vermis capitum a multitudine pedum sic dictus: nō desunt tamē qui pedūculus dici malunt. Lucre. lib. iij. Grex turpis varius scabiosa pediculus ambit. Vmbilicus pars corporis satis uota & pro fine eleganter accipitur. Philel. saty. l. Pulchra quidē tentas modo frontivm bilicus adsit. Vstica mons Sabinię & insula vicina Sicilię. Corne. de vita Alexand. Non tales quondā strepitus vstica mouebat. Saticulus populus Italię. Verg. 7. æneid. Accola vulturni pariterque saticulus asper. Nouicius, nouicia, nouicium, nouus & quasi qui vltimus venit. Iuuena. saty. 3. Nam sedet in ripa tetrumque nouicius horret. Craticula parua cratis.

Mēdicus. Lectica. Marica. Aeqcolus Lūbricus. Petricosꝰ Febricito Nutrico. Pedico. Posticus Palicus Conuiciū Laserpicium. Caprificꝰ. Multiciū. Rubrica Myrica Periculū. Redimiculum. Phœnicopterus. Triuicus. Vrtica. pediculus Vmbilicꝰ Vstica Saticulus Nouicius Craticula.

Canicula. Viticula. Clauicula. Siticula Cuniculus Cuticula Tegeticula.

Mart. in apophoretis. Parua tibi in curua craticula sudet ofella. Canicula parua canis, siue latrans animal, siue piscem aut stellam significet. Persius saty. iij. En quid agis siccas insana canicula messes. Viticula parua vitis. Verg. in diris. Dulci nanque tumet nondum viticula baccho. Clauicula parua clauis. Germanicus in arato. Qualis feratos subicit clauicula dentes. Siticula parua sitis. Propertius. Non tales potus sibi nostra siticula poscit. Cuniculus animal satis notum, quod voce sed non significatione aut quantitate a cunus diminutiuum est. Mart. in xenijs. Gaudet in effossis habitare cuniculus antris. Cuticula modica cutis. Persius saty. v. Semper & assiduo curata cuticula sole. Tegeticula parua teges siue casa. Martialis libro tertio. Dat tibi securos vilis tegeticula sopnos.

¶ Documentum.

E, longis deducta notes: cornicula monstrat.

¶ Multæ dictiones producunt i, ante c, in medijs, quæ in textu côtentæ non sunt: quia ex longis deriuantur primitiuorum autem & deriuatiuorum eadem est regula, vt felicito, radicitus, cornicula, nutricula, secûdam longant: quia felix, radix, cornix, nutrix eandem producunt: vt in crementis videre est.

¶ Documentum.

Corycus, & vaticanus, variato, numicus.

Corycus Vaticanus Numicus

¶ Tres dictiones in textu secundam syllabam habent communem. Corycus mons & oppidum Siciliæ. Lucretius libro tertio. Corycus explicitis côtra conatibus obstat. Priscianus in perihegesi. Hic corycus erat subiectis strenuus armis. Vaticanus vaticana vaticanum, cognomen montis Romani. Hort. primo carm. ode. xx. Redderet laudes tibi vaticani montis imago, Saphicum est cum adonico, vbi vati troche9 necessario esse debet. Martialis libro primo. In vaticinatis condita musta cadis. Numicus vel numicius per quattuor syllabas fluuius Italiæ. Ouid. 4. metha. In freta flumineis vicina numicius vndis. Hora. xix. epist. Brundusium numici melior via ducat anapi.

¶ Differentia.

Græcum corripies: latium longabis amicus.

Amycus Amicus

¶ Amycus græca dictio est incurius, & mediam corripit: quo nomine dictus est vnus comitum Aeneæ. Verg. primo æneid. Nunc amyci casus gemit & crudelia secum. Sed amicus nomen latinum est qui amat vel amatur. Ouidius in heroidibus Rebus in aduersis fidi noscuntur amici.

¶ Dic ergo puer. Aeneas amycum quasi dulcem luxit amycum.

¶ I, ante d, in medijs.

Ante d, corripis i, medijs: tamen ido latinum.

Atque ides quod ab eus venit,his elegidium,abydos.
Neside,atque chelidonia,alchides,alybida.
Belides,& dauides,fastidio iungam.
Sicque lycurgides,& acidalus,atque posides
Et composita die produc,piside variabis.

¶ I,ante,d,in medijs corripitur vt præsidiū: subsidium: recidiuus &c. ¶ Excipiuntur primo nomina latina tertiæ declinationis quæ in do exeunt vt cupido,formido,libido &c. Dico autē latina quia græca corripiuntur vt myrmido,pelido,celido,& cætera. Quæ habent onis in genitiuo. ¶ Secūdo excipiuntur patroninmica masculina in ides quæ a nominibus in eus diphthongum terminatis deriuantur vt thesides a theseus. Coronides a coronæus. Promethides a promethæus &c.

¶ Dico autem a nominibus in eus quia ab alijs patronimica corripiuntur vt petrides a petrus simonides a simon. Hirtacides ab hirtacus &c. Demenda in textu continentur.

¶ Tertio excipiuntur duodecim dictiones in textu. Elegidiū parua elegia,id est carmen de miserijs vel ipsa miseria. Persi⁹ satyra prima. Ebria veratro nō si qua elegidia crudi. Abydos abydi insule nomen. Vergilius primo georgicorum. Pontus & ostriferi fauces tētantur abydi. Neside populi indye. Priscianus in perihegesi. Hinc nesidarū latissima rura coluntur. Chelidonia herbe:auis,gemme,& regionis nomen. Columella libro vndecimo. Sepe chelidoniam cum succo lapathis addes. Alcides hercules alcei nepos robustus interpretatur. Baptista primo parthenices Mariane. Mōstra quot. Alcides domuit quo regimine cretam. Alybida priapus ortorū deus. Vergilius in coppa. Huc alybida veni fessus iā sudat asellus. Belides filius vel nepos beli qui fuit rex græcorum. Vergilius secundo æneidos. Beli nomen palamedis & inclyta fama. Dauides dauide inflexionis prime & dauid dauidis tertiæ pro eodem rege Iudęorum sumuntur. vtrumq̨ autem hebręum est & manu fortis vultuq̨ amabilis latine explicatur. Fortunatus de magno man⁹ dauides scripta reliquit. Fastidio fastidis est per indignationem despicio & contemno. Vergili⁹ in buccolicis. Inuenies alium si te fastidit. Alexis. Lycurgides: filius lycurgi regis thebarū. Ouidius in ibin. Vtque lycurgidem iactauit ab equore natū. Acidalus fons in orchomeno qui veneri consecratus est. Vnde & ipsa acidalia dicta est. Martialis libro nono. Nomen acidalia meruit quod arūdine pingui. Posides poside spado siue castratus. Iuuenalis satyra decimaquarta. Vt spado vincebat capitolia nostra posides.

¶ Quarto excipiuntur cōposita siue aduerbia a nomine dies vt meridies,pridie,postridie,pridianus,postridianus &c. Sed piside pisidarum nomen populi mediam sicut primam variat. Claudianus in .2. libro contra eutropiū . Fnibus obliquis lydi posideq̨ feroces. Priscianus in perihegesi. Post hos pisidum pinguissima rura coluntur.

Elegidiū. Abydos. Neside. Chelidonia. Alcides. Alybida. Belides. Dauides. Fastidio. Lycurgides. Acidalus. Posides. Piside.

¶ Differentia.

Fidus duco, fides breuio, sic perfidus apta.

Perfidus. ¶ Perfidus perfida perfidum compositum a nomine fidus fida fidũ est valde fidelis & mediam longat. Ouidius in fast. Dulcia perfidus gaudia partit amor. Sed perfidus perfida perfidum cõpositum a nomine fides

Perfidus. fidei est multũ infidelis & qui nullam fidem seruat mediamq; corripit. Vergilius in bucco. Has olim exuuias mihi perfidus ille reliquit. ¶ Dic ergo puer. Fœdera perfidus statuit quæ perfidus aufert.

¶ Differentia.

De cado corripiam, de cedo occido morabor.

Occido. ¶ Occido occidi occisum: est interficio & mediam producit quia a cedo cedis cuius prior longa est componitur. Horatius in epist. Nõ hominem occidi nõ pasces in cruce coruos Sed occido occidi occisum est deficio & morior mediãq; corripit quia a cado cadis cuius prior breuis est componitur. Vergilius. 2. æneid. Occidit imperium priami ruit iliũ & ingens. ¶ Dic ergo puer. Occidit quicumq; hominẽ: lege occidit equa.

¶ Differentia.

Aetolis breuians calidon, longabo, britannis.

Calidon. ¶ Calidon calidonis oppidum ætolorũ secundam breuiat & quicquid inde descendit. Vergilius in coppa. Quod genus aut laphitis tãtum aut calidone merẽte. Sed calidon insula & sylua Britannie eandem longat, & quidquid inde deriuatur. Lucretius libro quinto. Iam tenet hunc ter quinque dies vmbrosa calidon. ¶ Dic ergo puer. Quæ loquitur calidõ nequit acceptare calidon.

¶ I, ante f, in medijs,

I, super f, breuia: sed simplice vix reperitur.

¶ I, ante, f, in medijs corripitur, sed vix aliter q̃ in compositione reperies vt semifacies enisus semifector.

¶ Documentum.

Alife cum deductis producere debes.

Alife ¶ Alife alifes oppidum est campanie in italia & mediam producit. Silius libro. 8. Alife & clanio cõtempte semper acerre. Hinc est alifanus alifana alifanum. Hora. saty. vlti. Inuertunt alifanis vinaria tota.

¶ I, ante g, in medijs.

I, g, breue est medijs nomen quod terminat igo,

Castigo, auriga, diapiganon: atque quadriga.

Vectigal,fastigia,origanon,atque fatigo,

Vestigo,cum salpiga,læstrygones educ.

Adde expiga:stigo,fligo,frigero,figo,

¶ I,ante,g,in medijs corripitur vt prodigus corrigia litigo &c.
¶ Excipiūtur primo nomina tertie declinationis quę in igo terminantur vt rubigo:siligo:origo &c.
¶ Secūdo excipiūtur vndecem dictiones in textu. Castigo castigas:corripio & corrigo. Iuuenalis satyra secunda. Turpibus obscœnis castigas turpia cum sis. Auriga aurige equorum & curruum director. Ouidius secundo methamorphoseos. Hic situs est phæton currus auriga paterni. Diapiganon medicamentum ex ruta cōfectum. Macer. de virtu. her. Conficitur medici dicunt diapiganon illud. Quadriga quadrige currus quattuor habens rotas sed pluratiuo rectius profertur quadrige quadrigarum. Papinius in siluis. Impiger automedon rapidis dat lora quadrigis. Vectigal vectigalis. pecunia quæ pro rerum vectura soluitur. Horatius primo sermonum Iurgatur verbis ego vectigalia magna Fastigium rei summitas. Vergilius secundo æneid. Euado ad summi fastigia culminis inde. Origanum genus herbe. Columella libro sexto. Sepius & recte miscetur origanon illis. Fatigo fatigas lasso lassas Vergilius quarto ęnei. Quadrupedemq; citū ferrata calce fatigat. Vestigo vestigas inquiro inquiris quasi more canum qui vestigia ferarum odoratu prosequuntur. Baptista in epygramma. Quod superi occultāt nil vestigare necesse est. Salpiga nomen virci si serpentis in lybia. Luca. libro nono. Quis calcare tuas metuat selpiga latebras Læstygones:populi in italia maxime feroces Tibullus libro quarto. Incultos adijt læstygonas antiphaten q;.
Castigo. Auriga. Diapiganon. Quadriga Vectigal. Fastigiū. Origanū. Fatigo. Vestigo. Salpiga. Læstigones.
¶ Tertio excipiūtur composita a quinque dictionibus in textu vt apiga depigis:propigium:vropigium &c. A fligo profligo:confligo: infligo &c. A frigero refrigero:confrigero:defrigero &c. A figo infigo configo,refigo &c.

¶ Differentia.

Tu nomen longa,sed verbum porrigo curta.

¶ Porrigo porrigonis nomen tertiæ declinationis genus est scabiosi morbi,& secundam syllabam producit. Iuuenalis satyra secunda. Vnius scabie cadit & porrigine porci. Sed porrigo porrigis verbum actiuum est prebeo prebes. Propertius. In ripa trepidat nec habet qui porrigat assem. ¶ Dic ergo puer. Ne me porrigo male ledat,porrigo numeros.
Porrigo.

¶ Differentia.

Induo corripiam, tenebror caligo morabor,

¶ Caligo caligas verbum actiuū est caligas induo mediamque corripit. Tibullus. Cōtracta scabie te caligare nequis. Sed caligo caligas verbū neutrū significationis passiue est obscuror & obtenebresco. Bap. 2. parthe.
Caligo.

ma. Ignibus extinctis iam calligauerat antrum. ¶ Dic ergo puer. Vix bene se caligat quis dum calligat in vmbra.

¶ I, ante, l, in mediis.

I, super, l, breuia, sed achilus, asilus, asylum,
Et pamphilia, cobylum, crocodilus, asyli,
Sic conchilium, agyleus. creopyle: phasilis,
Vespertilio, condyloma, occilo: trochilos,
Et fœnilia, siue petila, venilia, produc
Ile: quod neutrum est: vel quod nomen parit ilis,
Atilis hinc humilis, parilis vel dapsilis aufer.

¶ I, ante l, in mediis corripitur vt inquilinus, pestilens consilium &c. ¶ Excipiuntur primo decem & octo dictiones in textu. Achilus homo loquax sine labiis interpretatur. Claudianus ad eupolinum. Cui præcor archanũ credis: achilus erit. Asilus paruum volatile estiuo tẽpore pecoribus maxime infestum quod & tabanus vel œstrus vel œstrum dicitur. Vergilius secundo georgico. Plurimus alburnum volitans cui nomen asilo. Asylum locus est refugii. vnde neminem liceat extrahi vt sunt tẽpla cænobilia & quedam priuilegiata loca. Bapti. libro. 1. parthe. maria. Ipsa est aduersis commune in rebus asylum. Pamphilia oppidum maxime populosum in grçcia. Papini⁹ in syluis. Huc quoq; per q; nouem tenuit pamphilia messes. Cobylum insula thessalie. Valerius flaccus lib. iij. Cobyli latus & fatis tibi tiphy negatum Crocodilus animal quod supra vmbilicum speciem habet formose virginis. Infra vero horrendi drachonis vbi ergo esurit partem deformen occultat & amarissime plorãs viatores ad se aduocat: aduocatosq; deuorat. Iuuenalis saty. xv. Aegyptus: portẽta colat crocodilon adoret. Asyli populi in lybia. Silius lib. 8. Nomen & a sese populos tum dixit asylos. Conchiliũ genus piscis cuius sanguine purpura optima tingitur. & p ipsa purpura aut veste purpurea nonnunq accipitur. Iuue. saty. iij. Horum ego non fugiam conchilia me prior ille. Agylçus phœbus. Luca. lib. v. Istud agylçus nostrum reuocauit in euum Creopylus populi & vrbis nomen in asia. Ouid. de trist.. Nõ sibi delicias tot creopylus habet. Phasilis oppidum thessalie. Lucanus libro octauo. Ausus adhuc vllis & primum parua phasilis Vespertilio volatile quod circa vesperũ volitat. Ouid. in fast. Sub noctem obscurus tũc vespertilio stridet. Cõdyloma condylomatis vel condylomatos morb⁹ quidam in inguine ex humore corrupto generatus. Macer. de virtu. her. Vstum curat eas & condylomata soluit. Occilo occilas & incilo incilas est increpo & vitupero. Luca. lib 5. Criminib⁹ falsis ita nos occila iniq;. Trochilos nomen auis latine regulus siue rex auium dicitur. Properti⁹

(Margin: Achilus. Asilus. Asylum. Pãphilia. Cobylum Crocodilus. Asyli. Cõchiliũ. Agylæus. Creopyl⁹ Phasilis. Vespertilio. Condyloma. Occilo. Trochilos.)

Has repetit voces turba modulante trochillos. Fœnilia oppidum aphricæ. Lucanus lib.ix. Martia beligeras secuit fœnilia turmas. Petilia vrbis nomen in Italia. Silius libro decimosecundo. Fumabat versis incensa petilia tectis. Venilia mater turni, auxiliatrix latine explicatur. Vergilius.x. æneidos. Cui pilumnus auus cui diua venilia mater. Fœnilia Petilia. Venilia

¶ Secundo excipiuntur nomina neutra tm̄ quę in ile terminātur, vt cubile, monile, sedile, &c. ¶ Tertio excipiuntur nomina adiectiua in ilis finita, quę a nominibus descendunt, vt senilis a senex, virilis a vir, exilis ab ile iles.i.materia. Dico autem quę a noībus descendunt: quia adiectiua in tilis, silis, vel xilis, quæ a verbis vel participijs deriuantur mediam corripiūt: vt solutilis, sessilis, messilis, flexilis, nexilis, &c. ¶ Hinc rursus demuntur nomina in atilis, vt volatilis, fluuiatilis, aquatilis, &c. Et tres dictiōes in textu. Humilis & hoc humilie dulcis & mansuetus, Bapt. de morte cōtempnenda. Vult humiles animos vult pia corda deus. Parilis & hoc parile est similis vel æqualis. Lucre.lib.i. Diuidere & noctes pariles agitare diebus. Dapsilis & hoc dapsile qui abunde & liberaliter donat. Proper. Dijs obijt letis dapsilis vsque fuit. Humilis Parilis Dapsilis

¶ Documentum.

Anceps ponitur allophilus galileus abyla.

¶ Tres dictiones in textu mediam habent communem. Allophilus græca dictio latine alienus populus dicitur Sedul. de apostolis. Allophilorū stupuit caterua, Saphicū est. Bapt.i.path. Mar. Allophilos malamque manu vibrabat onagri. Galileus hebręa dictio latine transiens vel transmigrans dicitur. Nam galilea transmigratio interpretatur. Cornel. de vita Alexan. Prima galileas suderūt prælia gentes Lucil.lib.ix. Nominis hoc superest galileo venit ab orbe. Abyla mons hyspaniæ. Silius libro vltimo Non abylę summum conscendit miles acumen. Tibul. Hos tales risus vocis abyla mouet. Allophil. Galileus Abyla.

¶ Differentia.

Ex græco produc: verum ex latio pilo curta.

¶ Pilo pilas grecū est plano & equo priorē longat, quare ab eo composita mediā producūt: sicut depilo, expilo, compilo, &c. Hora.saty.i. Cōpilasse putes verbum non amplius addam. Sed pilo pilas latinum est pilos agito prioremque breuiat: quare ab eo cōposita mediā corripiunt: sicut depilo, expilo, cōpilo. Tibul. Hęc est quę miserū depilat om̄e genus. ¶ Dic ergo puer. Hunc male depilo cui totam depilo frontem. Pilo.

¶ Differentia.

Gallorum breuio: lybies massylia duco.

¶ Massylia oppidum Narbonensis Gallię mediā corripit. Luca.lib.iiij. Massylię phario: nec tm̄ est ęquore gestū. Sed Massilia regio Lybię eandem producit. Idem ibidem. Et gens quod nudo residens massilia dorso. ¶ Dic ergo puer. Massyliam longo refugit massilia tractu. Massylia: Massilia.

Differentia.

Vates corripies: vxor longes Eriphyle.

hery phile Eriphyle.

Heryphile heryphiles sibyla tertiam breuiat. Propertius. Heryphile nostras tantum spargebat in vrbes. Sed Eriphyle vxor Amphiarai eandem longat. Iuuenalis satyra tertia. Occurrent multæ tibi belides atque eriphyle. Dic ergo puer, sicut in primis dixisti. Præuidet Heryphile quæ tentat trux Eriphyle.

I, ante m, in medijs

I, super m, breuia: longis deducta quadrimus

Discrimen, detrimentum, vel ephimeris istis

Iungis ariminum, amimone, vel opimus, arima,

Enthimema, epithima, & quæ timus tibi donat.

Imen, & imentum, quod quarta parit remoramur.

Quadrimus. Discrimē Detrimētum. Ephimeris. Ariminū. Amimone. Opimus Arima Enthimema. Epithima

I, ante m, in medijs corripitur: vt patrimus, matrimus, specimen, &c. Excipiuntur primo deriuata ex longis: vt elimino eliminas; ab hoc limen, sublimis, ilimis, sublimo, ab hic limus, aperrime, ab hic primus, discrimino discriminas, ab hoc crimen, &c. Secundo excipiuntur decem dictiones in textu. Quadrimus quadrima quadrimum, quattuor annorū. Prudentius de fuga Christi. Sic tenero cū coniugio puerocp quadrimo. Discrimen differentia vel aduersitas. Vergilius primo æneidos. Per varios casus per tot discrimina rerum Tendimus in latium. Detrimentum iactura siue damnum. Sedul. de magia. Detrimenta nocent age iam meliora sequamur Ephimeris ephimeridis vel ephimeridos liber continens acta singulorum. Propertius libro tertio. Et ponit duras inter ephimeridas. Ariminum oppidum italię. Luca. lib. 1. Vicinumcp minax inuadit ariminum & ingens. Amimone amimones nomen montis in paflagonia. Propertius libro secundo. Testis Amimone latices cum ferret in arua. Opimus opima opimum, diues & abundans in hoc ecclesiastico. Cuncti potens. Sedulius. Purgator culpæ venię largitor opime: vbi vulgus asinorum cantat optime. Duarum syllabarum quantitate corrupta. Arima vel arimathia pagus Iudęę. Iuuencus. Venit arimathia corpuscp petiuit Ioseph. Enthimema enthimematis vel enthimemathos argumentationis species quā latini inductionē vocant. Iuue. sat. 6. Torqueat enthimema nec historias sciat omnes. Epithima matis, cuiuslibet rei superpositio: sicut est amplastrum vel quodcuncp operculum. Lucil. lib. 2. Auribus intentis astes epithimata iungam. Excipiuntur tertio composita ex dictione greca timus vel time, id est honor: vt theotimus, polytimus, ferotimus &c. Quarto excipiuntur verbalia in imen vel in imentū a verbis quartę coniugationis vt lenimen, lenimentū, a lenio lenis, farcimen farcimētū, a farcio farcis, pauimē pauimentū, a pauio pauis, id est plano & munio.

¶ Dico autem a verbis quartæ, quia a verbis aliarũ coniungationũ mediam corripiunt: vt tegimen, vel tegimentum, a tego tegis. regimen vel regimentum a rego regis. Cauimen vel cauimentum, a cauo cauis.

¶ I, ante, n, in medijs.

I, super n, curta tricline, caminus, aginor,
Destinatus, acynacis, atq; couinus, echinus,
Quod colo, mors donat festino, carinus, opinor.
Pastinaca, propinor, supino, sagino, cyminum,
Tyntinabula, telchines, ouino, popino,
Cumq; salino, puluinus, mons, piscis & herba.
Adiectiua in us, nisi tempus materiamve
Significent, velut ina, vel inæ, ducere debes,
Hinc asinæ, catinæ, vel femina, buccina demas,
Felsina, machina, fiscina, pagina: fuscina dictis.
Lamina, mnemosynes, apinę: vel gausapinarum,
Sic eleæmosyna, euphrosine, vel sarcine ponam.
Ruspina, cum mutina, proserpina, sarsyna ponam.
Cum statina, sibina, quatina, trutina, patinaq;,
Nundinę & hinc xerampelinæ, & quod de mare prodit.

¶ I, ante n, in medijs corripitur. Vt cophinus, geminus, inquino &c. ¶ Excipiuntur primo tres & viginti dictiones in textu. Tricline triclines vel triclinium triclinij est cõuiuium in quo lectis discumbitur more vetusto. Manilius libro quinto Nunc iam luxuriæ pars & triclinia templis. Caminus fornax. Baptista libro primo Partheni. Maria. Et quędam scythicis calibum durata caminis. Aginor aginaris, res paruas & viles emo, vt eas alijs vendam. Ausonius in epygramma. Num quod aginaris tam vana mẽte superbis. Destinatus destinata destinatum multo priusq̃ fiat ordinatus. Iuuenalis satyra quarta. Et domini gladijs iam destinata q; olim: quia tamen a destino destinas venit quod mediam habet correptam in alio q̃ heroico vel elego versu nihil verearis mediam corripere: quod & litterati viri persępe fecerunt. Horatius namq; ait. 2. car. Rapacis orchi siue destinata (iambicum est) tinea: iãbus est vel si mauis, desti. est trocheus. Acynacis persicus gladius qui apud nos cultellus calamarius

Tricline. Caminus. Aginor. Destinat9 Acynacis.

veste dicitur. Valerius Flaccus libro. 6. In signis maniceis in signis acynace
Couinus. dextra. Couinus currus in quo Germani solebant praeliari. Cornelius de
Echinus. vita Alexandri. Auriga properat multum increpitãte couinus. Echinus
genus piscis, terrestre animal quod hircinum stulti vocant, & tegmen ca
stanearum. Martialis in Xenijs. Cortice deposito mollis echinus erit.
Exquilin9 Exquilinus exquilina exquilinum, qui extra vrbem vel collegiũ manet:
sicut inquilinus inquilina inquilinum qui intus habitat. Seneca de hym-
nis. Inquilinorum monuit cateruam sumere plectrum. (Saphicum est, cũ
Mortici- Adonio.) Morticinium, res mortificata. Horatius in odis. Morticinorũ
nium. cumulauit agmen strage peracta (Rursus est Saphicum cum Adonio) vbi
morticinorum syncopate pro morticiniorum effertur. Hic itaq; primi-
tiua colo & mors pro deductis cogente versu posui. Festinus festina fe-
stinum est velox, sicut festino festinas, propero properas. Vergilius secũ-
do Aeneidos. Festinate viri nam quae tam sera moratur. Hic catinus vel
hoc catinum est vas in quo ignis continetur ad calorem ciborum retinẽ-
dum. Persius satyra quarta. Cor tibi rite salit positum est algente cati-
no. Opinor opinaris mentem inter assensum & dissensum suspendo.
Lucretius libro tertio. Sedibus infernis lemurum processit opinor. Pa-
stinaca genus piscis & radicis. Macer de virtutibus herbarũ. Et pastina-
ce virtus in semine tantum. Propino propinas, potum fundo, vel ad po
tandum incito. Propertius. Vocibus alternis ludunt & vina coronant.
Supino. Supino supinas eleuo & nares mũgo. Ausonius in epygramma. Formo-
Sagino. sam emũda faciem nasumq; supina. Sagino saginas pinguefacio. Lucilius
Cyminũ. libro quinto. Pulte saginabo vires quibus illa negant. Cyminum granũ
est quod cũ vino cãdido sumptũ mortiferã inducit febrem. Persius saty
Tintina- ra quinta. Rugo sum piper & pallentis grana cymini. Tyntinabulum il-
bulum. lud est ferrum quod campanã pulsat: sed pro ipsa campana frequẽter su-
Telchines mitur, sicut pars pro toto Baptista in Fastis. Aerias complent iam tyn-
tinabula turres. Telchines populi Germaniae. Valerius Flacc9 libro quin
Omnino. to. Telchines rapido currunt in praelia motu. Omnino aduerbiũ satis
notum. Baptista in epygrãma. Viribus omnino fractis mihi membra la-
Popino. bascunt. Popino popinas est appetitum totum coquinae trado, sicut gu
losi faciũt. Nam popina est pinguis & lauta coquina. Cornelius de vita
Salinum. Alexandri. Luxibus assiduis sese vinoq; popinant. Salinum vasculum sa-
Puluinus. lis. Persius satyra sexta. Vare regustatum digitos terebrare salinum. Hic
puluinus vel hoc puluinar illud est quod sedibus vel aegrotorum vel vo-
luptuosorum superponitur, vt mollius sedeant. Tibullus. Mollibus in
stratis & puluinaribus altis &c.

¶ Secundo excipiuntur nomina montium, piscium, & herbarum quae ad hanc regulam pertinent, vt volicini, leonthini, collatini. Coracinus, echinus, stiphalinus &c.

¶ Tertio excipiuntur adiectiua in inus, ina, inũ, vt mediastinus clandestinus, venustinus &c. ¶ Hinc tamen demuntur illa quae tempus vel rei materiam denotant: quia mediam corripiunt, vt crastinus, diutinus, serotinus, horotinus &c. Adamantinus, faginus, oleaginus, fraxinus &c. Sed vespertinus & matutinus mediam longant.

¶ Quarto excipiuntur nomina fœminina quæ in ina, vel ine, exeunt vt rapina, coquina, sagina, &c. nerine, adrastine, heroine, &c. ¶ Hinc rursus demuuntur septem & viginti dictiones in textu. Asine asines vel asina asinę oppidum in oriente. Lucanus libro octauo. Quas asine cautes & quæ chios asperat vndas. Catina catinæ, vel hæc catine catines oppidum siciliæ quod alij catanā vocant. Silius libro. xiiij. Tum catine nimium ardēti vicina tiphœo. Fœmina satis liquet. Iuuenalis satyra quinta. Intolerabilius nihil est quam fœmina diues. Buccina grādis tuba qua vigiles tempore belli excitantur ad vigilandum. Papinius decimo libro thebaidos. Horrida iam primos rumpebat buccina sopnos. Felsinus felsina felsinū, italię populus. Baptista de alphonso. Felsina te lęto genuit florentia partu. Machina cuiuscunque rei grandis fabrica. Ouid. in fastis. Absonia discordem turbabit machina mundum. Fiscina vasculum iuncis confectum in quo caseus depuratur. Columella libro vndecimo. Pressaqꝫ flammeola rumpatur fiscina carta. Pagina pars folij in libro vel ipse liber. Vergil. in Buco. Quam sibi quæ vari perscripsit pagina nomē. Fuscina est illud quo carnes lebetibus extrahunturvel naueę substentantur. Mart. in epy. Fuscina dente minax nexu fuit ancora curuo. Lamina cuiuslibet metalli tenue frustum. Catul. in epygrāmat. Plurima fulgenti circundat lamina textu. Hæc mnemosine mnemosines mater nouem musarum, quæ memoria interpretatur. Bapt. lib. primo parth. Mar. Mnemosine natis iuga quæ pimplea colebant. Apina apinę oppidum appuliæ, quod diomedes taliter euertit vt nihil prorsus ex eo remanserit; vnde effectum est vt apinę apinarum pro rebus omnino vanis & inutilibus accipitur. Mart. in epygrammatis. Sunt apinæ tricęqꝫ & si quid vilius istis. Gausapina vestis tenuissima qua ęstiuo tempore vti solent. Marti. in xenijs. Mense vel augusto sumere gausapinas. Eleęmosina dictio gręca latine sanctum & liberale donum explicatur. Prudentius de peccatore. Quos habet errores supplex eleęmosina purget. Euphrosina vel euphrosine vna est gratiarū latine bona lętitia explicatur. Tibullus. Hos precor exhilaret nostros euphrosina cantus. Sarcina onus vel pōdus simul compactum. Sedulius de conditione humaua. Quid gennus est hominum nisi multæ sarcina culpę. Ruspina vrbs aphricę. Silius libro tertio. Queqꝫ procul cernit: non equos ruspina fluctus. Mutina mutinę oppidum cisalpinę gallię. Ouidius xv. methamorphoseos. Victa petēt mutinę pharsalia sentiet illum. Proserpina filia Cereris. quam pluto ad inferna rapuisse fertur. Vergilius in geor. Nec repetita sequi curet proserpina matrem. Sarsyna oppidū vmbrię in quo plautus natus dicitur. Silius libro octauo. Vel rastris laudande camers his sarsyna diues. Statina statinæ vel statinæ statinarum insula est in littore campano. Statius libro. 3. syluarum. Anariæqꝫ lacus medios statinasque renatas. Sibina sibinę genus hastę. Ennius de bello punico. Cum minus illiricis restant sibinisque fodentes. Squatina genus piscis. Baptista. de thro. gal. Gobius hinc fertur squatinę capiuntur in amplis.

¶ Trutina trutinę statera est qua res ponderantur. Persius saty. prima. Castiges trutina nec te quæsiueris extra. Patina patinæ quodcunque vas patens & latum. Pers. saty. 2. Esto age: sed grādes patinæ tucetaqꝫ crassa.

Asine
Catina
Fœmina
Buccina
Felsinus
Machina
Fiscina
Pagina
Fuscina.
Lamina.
Mnemosine.
Apina
Gausapina.
Eleæmosina.
Euphrosina.
Sarcina.
Ruspina
Mutina
Proserpina.
Sarsyna.
Statina.
Sibina.
Squatina.
Trutina
Patina.

Nundinae ¶ Nundinae narum locus in quo res liberae cum priuilegio cōmuni venduntur. Mart. in epyg. Nundinę vestras tetigere villas. Sapphicum est. Xerampe ling. Xerampelinę vestes de quib⁹ iam bis supra dictum est. His autem postremis iunges fœminina quae habent masculinum in inus, vt domina ab hic dominus, asina ab hic asinus, furtina ab hic furtinus, &c.

¶ I, ante p, in medijs.

I, p, breue est medijs: aliphę, euripus, enipeus,

Et constipo, seriphos, vel coliphia produc.

¶ I, ante p, in medijs corripitur: vt antipodes, aeripedes, euriphiles, &c.

Aliphe ¶ Excipiuntur sex dictiones in textu. Aliphe aliphes oppidū campaniae Silius libro octauo. Aliphe & clanio cōtemptę semper acerrę. Coliphiū Coliphiū panis militum luctantium interpretatur membrorum robur. Iuuena. satyra secunda. Luctantur pauce comedunt coliphia paucę. Euripus Euripus mare est prope Boetiam quod septies in die fluit & toties refluit: ideoque nomen habet ab effectu quod irrequietus latine explicatur. Luca. libro quinto. Euripusq; trahit cursum mutantibus vndis. Enipeus Enipeus fluuius thessaliae. Constipo Ouid. I. metha. Populifer sperchius & irrequietus enipeus Constipo pas firmo mas: obstipo pas, inclino nas: hinc & obstipus obstipa obstipum. i. obliquus & defixus. Persius saty. iij. Obstipo capite & figentes lumine Seriphos. terram. Haec seriphos seriphi vna est cycladum. Papi. I. syluarum. Cyclades hinc spretae niconosque humilisque seriphos.

¶ I, ante q, in medijs.

I, q, duc: siliqua, & quae dant alius, quis, agendo.

¶ I, ante q, in medijs producitur: vt antiquus, antiquor, antiquitus. &c.

Siliqua ¶ Excipitur nomen siliqua & composita ab alius vel quis quae quod siue noīa siue aduerbia illa sint: vt aliquis, aliquādo, vndiq;, vtiq;, reliquis, reliquie. Iuue: saty. xj Sed laudent siliquas occultus ganeo puites. Persi. saty. 3. Est aliquid quo tendis & in quod dirigis arcum.

¶ I, ante r, in medijs.

I, super r, breuia medijs: collyria, egyria,

Bechyres, busiris, apyrina, osiris, abiron,

Cercyra, epyrus, corcyra, cosira, papyrus,

Ac enchiridium, archymagyrus, equiria produc.

¶ I, ante r, in medijs corripitur: vt ephyre, anticyra, marcyris, &c.

Collirium ¶ Excipiuntur quindecim dictiones in textu. Collyrium medicamentū forte fluentium oculorū. Hora. sat. quinta. Hic oculis ego nigra meis col Egyra lyria lippus. Egyra vrbs caldeorum. Proper. Prodiga magnanimae gen-Bechyres. tis Egyra fuit. Bechyres populi. Priscianus in perihegesi. Bechyres eti-Busiris. am subsunt capanique sequuntur. Busiris tyrannus & deus quidam gen-

tilium cui carne humana sacrificabatur. Vergilius in Bucolicis. Aut illau-
dari tristes Busiridis aras. Apyrinum genus pomi. Martia. in xenijs. Le- Apyrinū
cta suburbanis mittuntur apyrina ramis. Osiris Iouis filius qui in egypto Osiris.
colebatur sub specie canis. Iuuenalis saty. 6. Scilicet & tenui popano cor
ruptus Osiris. Abiron generosus quidam inter filios Israel, qui propter Abiron
murmurationem contra Moysen & Aaron ceciderunt in abyssum. Ba-
ptista lib. 1. partheni. Marianæ. Clamabatque ruens iam semisepultus Abi- Cercyra
ron. Cercyra vrbs Achaię Corinthum dicunt. Baptista in epigrammatis. Epyrus
Hinc diues bimari cercyra cupidine stabat. Epyrus regio est grecię. Oui- Corcyra
dius in fast. Insignes epyrus equos per pascua nutrit. Corcyra insula pro Cosira
pe Dalmatiam. Lucanus libro secundo. In portus corcyra tuos seu leuca
paratur. Cosira vrbs in Aphrica. Silius lib. decimoquarto. Et bellare the Papyrus
bas docilis cosiraque parua. Papyrus iuncea pellis in qua quondam scripti Enchiri-
tabant. Lucretius libro vndecimo. Maxima sunt humili nonnunque scripta dium.
papyro. Enchiridium græca dictio latine manuale dicitur. Est enim libel
lus, qui propter sui bonitatem semper manu teneri debet. Ausonius in e- Archyma
pigrammatis. Vtiliora tibi dedit enchiridia nemo. Archymagirus prin- girus.
ceps eorum. Iuuenalis satyra nona. Fimxerunt pariter librarius archyma Equiria.
girus. Equiria ludi qui cursu equorum ad honorem Martis Romæ cele
brantur. Ouid. tertio fast. Altera gramineo spectabis equiria campo.

¶ Documentum.

Tenthyra, empyrius, butyrum, saphyrus, variabis.

¶ Quatuor dictiones in textu mediam habent communem. Tenthyra Tēthyra.
tenthyrorum vrbis nomen. Ouidius primo tristium. Saltus ab hac terra
breuis est tenthyra petenti. Iuuenalis satyra penultima. Qui vicina co-
lunt vmbrosæ tenthyra palmæ. Empyrus adiectiuum græcum, latine ar- Empyrus
dens & lucens dicitur. Lucretius libro nono. Quot sunt empyrijs ruti-
lantia sydera tectis. Baptista de Gonsa. Transit ad superas empyria cul-
mina sedes. Butyrum bouis caseus. Macer de virtutibus herbarum. Far- Butyrum
maca sint molli si vis coniuncta butyro. Philelphus satyra decima. Vina
bibit butyrumque recens cum pane comedit. Saphyrus vitrum & pre- Saphyrus
ciosa gemma. Prudentius in Psico. Vndique fulgenti rutilabant colla sa-
phyro. Sedulius de Iudeis. Diuinum saphyri decorabāt ordine templū.

¶ Differentia.

Deuio producas: sed dissono delyro curtes.

¶ Delyro delyras compositum a lyra pro sulco terrę est deuio, erro vel
insanio. & mediam longat. Horatius in epistolis. Quicquid delyrat re- Delyro.
ges plectuntur Achiui. Sed delyro delyras compositum a lyra pro cytha
ra est dissono & discordo mediamque corripit. Lucretius libro quinto. De
lyrat in primo summo quoque delyrat asin.

¶ Dic ergo puer. Delyrant homines quando sacra delyrat edes.

¶ I, super s, in primis.

I, super s, curta medijs: dionysia, helysos,
Amphysa, anchises, alisum, amphrysus, elysa,
Amphysus, vel cambises, amethysus, amison,
Cephysus, vel crinisus, larisa, donysa,
Diuisus, gauisa, lalisio, cum paradisus,
Ac aruisia, cum deductis vsque moratur.

¶ I, ante s, in medijs corripitur: vt abisus, acrisia, dison &c. ¶ Excipiuntur viginti dictiones in textu cum earum deductis.

Dionysia — Dionysia dionysiorum sine singulari festa Bacchi, qui & dionysius nuncupatur. Statius in syluis. Siste precor miti tractem dionysia Baccho. Cornelius de vita Alexandri. Has sacer exuuias dionysi sume precamur.

Helysus. — Helysus vel helysos fluuij nomē. Papi. 4. Theb. Lambit & anfractu riparum incuruus helysos.

Amphisā. — Amphisa oppidū in phocide. Luca. lib. 3. Phociaicas amphisa manus scopulosaque cirrha.

Anchises — Anchises pater æneę, vndique constans interpretatur. Verg. 3. æneid. Tū pater anchises ventis dare vela iubebat.

Alisum — Alisum, oppidi nomē in Aphr. Corn. de vita Alex. Trudit magnanimas alisum in prelia turmas.

Amphrysus. — Amphrysus vel amphrysos fluuius Thessalię. Ouid. 1. Metha. Appidamusque senex lenisque amphrysus & eas.

Elisia — Elisa sese interficiens explicatur, quo nomine appellata est Dido Vergiliana, quæ ob amorē æneæ sese occidit. Ouid. in epi. Nec consumpta rogis inscribar elisa sichei.

Amphisus — Amphysus totus naturalis interpretatur, quo nomine dictus est filius driopis in fabulis, Lucilius libro tertio. Mox amphysus adest solers agitator equorum.

Cambises. — Cambises tyrannus crudelissimus, qui in scripturis Nabuchodonosor dicitur. Luca. lib. x. Cambises lōgi populus peruenit ad æui.

Amethysus. — Amethysus lapis, qui cōtra ebrietatē valet, pro quo & amethysius dicitur. Catullus in epigrammatis. Non vnus bromij calices amethysus habebat.

Amison — Amison oppidū in pontho. Corne. de vita Alexan. Non ita pensilibus muris pugnabat Amison.

Cephisus. — Cephisus boetiæ fluuius. Papinius vndecimo Theb. Fatali quosdam mergens Cephisus in vnda.

Crinisus — Crinisus fluuius in Appulia. Vergilius quinto æneidos. Troia crinisso conceptum flumine mater.

Larisa. — Larisa larisæ oppidū Thessaliæ. Papinius secundo Thebaidos. Post habita est larisa fugis atque ardua muro.

Donysa — Donisa insula in ægeo mari. Verg. in Ciri. Marmoreamque paron viridemque allapsa donysam.

Diuisus. — Diuisus diuisa diuisum, participium satis notum. Verg. in Buco. Et penitus toto diuisos orbe Britannos.

Gauisus. — Gauisus gauisa gauisum participiū a gaudeo gaudes. Proper. Nō sic dardanio gauisus atrida triumpho.

Lalisio. — Lalisio lalisionis paruus onager siue syluestris asellus. Mart. in xenijs. Dum tener est onager solaque lalisio matre.

Paradisus — Paradisus locus voluptatis & ideo pro cœlesti habitaculo sumitur vbi æterna est voluptas & requies. Sedulius libro primo. Cuncta gubernantem quem paradisus habet.

Aruisium — Aruisium promontorium in insula Achio. Verg. in Buco. Vina nouū fundā calathis aruisia nectar.

¶ I, ante t, in medijs.

I, t, breue est medijs, aconita mephis, alites.
Corite, amphitrite, heraclytus, cathamithus.
Berytus, vel cocytus, corbite aphrodite.
Ilithya, galerita, oritæ parasitus.
Hamerochita, valitudo simul hermophroditus,
Inuito idolotithium, paraliticus. addam
Scriblita, inuitus lusitana, ac orithya.
Quæ maurus nicteriumq; & nomine ducta.
Itus, & ita, vel itis, & ites, itos, & itim.

¶ I, ante t, in medijs breuiatur: vt lechytus, natalitius, patritius &c.
¶ Excipiuntur primo viginti septem dictiones in textu. Aconitum venenosa hærba frequens in Libya, qua homines sæpe intoxicantur. Ouidius primo Metamorphoseos. Lurida terribiles miscent aconita nouercæ. Hæc mephitis fœtor qui ex suphuratis cauernis erumpit. & pro sordido anhelitu recte accipitur. Persius satyra tertia. Gutture sulphureas lente exhalant e mephites. Alites alite. populus Germaniæ. Sidonius. 2. panegyrico. Bellonothus rudus burgūdio velus alites. Corithe corithes vel coritha corithę queuis equa, nobilis & excellens. Iuuenalis satyra octaua. Sed venale pecus corithę posteritas &c. Amphitrite amphitrites vxor neptuni, & pro ipso mari recte sumitur. Ouidius primo Methamorphoseos. Margine terrarum porrexerat amphitrite. (Spondaicus est versus) Heraclytus philosophus qui propter miserias hominum assidue flebat. Lucretius libro nono. Heraclythus init quorū dux agmina primus. Cathamitus masculus quo olim loco meretricis abutebantur. Ausonius in epygrammat. Aut Iouis elisij tu cathamithus eris. Berytus: oppidum Phœnicis. Lucilius libro nono. Nec minus auxilium populo berytus agebat. Cocytus fluuius inferni, luctus latine explicatur. Vergilius sexto Aeneidos. Cocyti stagna alta vides stigiamq; paludē. Corbita nauis oneraria quæ in supremo corbem pro ingni gestat. Valerius Flaccus libro quinto. Mercibus expletis fertur corbita per vndas. Aphrodite huius aphrodites, vel hæc aphrodita aphroditæ est nomen Veneris, quæ ex spuma testiculorum Saturni in mare lapsorum nata fingitur. Lucretius libro quarto. Fluctib⁹ equoreis aphrodite nomina sumit. Ilithya Iuno vel Diana, quę quondam puerperijs fauere credebatur. Ouidius nono Metamorphoseos. Præpositam tumidis parentibus ilithyam. (Versus est spondaicus.) Galerita auis quam alaudam dicunt. Serenus. Mande galeritam volucrem quam nominae dicunt. Orite populi Indiæ. Priscianus in perihegesi. Oritas aribasq; simulq; liniq; arachotas. Parasitus qui mēsas conuiuantium cibi vel potus gratia ambit & perlustrat. Iuuena. satyr. 4.

Aconitū. Mephitis. Alites. Coritæ. Amphitrite. Heracyt⁹. Cathamithus. Berytus. Cocytus Corbita. Aphrodite. Ilithya. Galarita. Orite Parasitus

Hamerochita. Valitudo. Ad coenam quoties pareitus venerit infans. Hamerochita fluuius & oppidum Indiæ. Cornelius de vita Alexandri. Hamerochita suas acies in prælia misit. Valitudo sanitas vel ęgritudo secũdum adiectiuum illi additum. Horatius in epygram. Gratia fama valitudo contingat abunde: ego tamen profero & aliis proferendum censeo valetudo per e, in secũda syllaba.

Hermophrodit⁹. Inuito. Idolorhytum Paralitic⁹ Scriblita Inuitus. Lusitania ¶ Dicimus enim valeo vales & non valio valis. Hermophroditus Mercurij & Veneris filius qui vtrumque habebat sexum. Martial. libro. 10. Odit amatrices Hermophroditus aquas. Inuito inuitas prouoco & excito. Baptista in Bucoli. Blandimenta mouent quem nulla inuitat orexis. Idolorhytum est quicquid Idolo immolatur. Prudent. in Iudæis. Dentibus infectis idolorhyta comedit. Paraliticus qui soluta vndique habet membra. Sedulius de miraculis Christi. Viribus obtentis mox hinc Paraliticus iuit. Scriblita delicate placente species. Martial. libro. 3. Circũdata diu mẽsis scriblita secundis. Inuitus ta, tum, non voluntarius. Vergilius sexto æneid. Inuitus regina tuo de littore cessit. Lusitania vel lusitana, regio est Hispaniæ. Silius libro tertio. Hos variatus agit lusitanumque remotis.

Orithya Mauritania. Niciteriũ Orithya nomen nymphæ. Ouidius sexto Methamorphoseos. Dilectaque diu caruit deus Orithyas (Spondaicus est versus.) Mauritania regio Maurorum. Martial. in xenijs. Cenabant pictis ita Mauritania mensis. Niciterium precium quod pro victoria datur. Iuuena. satyra. 2. Et cyromatico fert niciteria collo.

¶ Secundo excipiuntur deriuata ex aliis nominibus. In itus, sicut maritus, auitus, auritus & c. In ita, sicut moabita, palestrita, leuita & c. In itis, sicut samaritis, leuitis, sunamitis & c. In ites sicut leuites, gapites, samites, & c. In itos, sicut choritos, merithos, lechitos & c. Et aduerbia in itim, sicut viritim, pueritim, mulieritim & c.

¶ Documentum.

Fortuitus, pituita, aquitania, tu variabis.

Fortuitus Pituita. Aquitania ¶ Tres dictiones in textu i, ante t, in medijs variant. Fortuit⁹ fortuita fortuitum contingens & euentuosus. Papi. 12. Theb. Aequa & fortuito ductę quater agere pinnę. Seneca in Hercule furẽte. Fortuitorum strepitus malorum. (Saphicum est.) Pituita mal⁹ humor qui e cerebro defluit. Hora. in episto. Precipue sanus nisi cum pituita molesta est. Pers⁹ saty. 2. Sopnia pituita qui purgatissima mittũt. Aquitania regio & pars Galliæ. Auso. in epyg. Surgebat latis pugnax aquitania terris. Tibullus lib. 1. Hunc fore aquitanas posset qui fundere gentes.

¶ Differentia.

Titius e verbo produc, a nomine curta.

¶ Adiectiuum in titius titia titiũ descendens a verbo vel participio mediam producit, vt fictitius, factitius, scriptitius & c. Sed descendens a nomine eandem corripit, vt patritius, lateritius & c.

¶ Differentia.

Condio conditus longat, sed condo retractat.

¶ Conditus condita conditū a verbo condio condis condiui conditū, id est cibos sapere facio, mediam habet longam. Claudian⁹ in epig. Illi est lingua graui semper condita lepore. Sed conditus condita conditum a verbo condo condis condidi condium, id est fabrico vel occulto eandē breuiat. Ouid. de trist. Discreto grauius comburit cōditus ignis. ¶ Dic ergo puer. Conditus capus est materna conditus archa. Conditus

¶ Differentia.

Pro pharetra duco corytus, pro vrbe retracto.

¶ Corytus pro pharetra mediam longat. Verg. x. æneidos. Corytiq; leues humeris & letifer arcus. Sed corytus pro oppido Italię eandem breuiat. Verg. vij. æneid. Hic illum coryti tyrrhena sede profectum. ¶ Dic ergo puer. Corytus bonus est corytus quem in prælia mittit. Corytus

¶ Differentia.

Ex ira produc, verum ex ratus irrito curta.

¶ Irrito irritas compositum a nomine ira. est pronoco, & ad iram commoueo, mediamque producit. Vergilius decimo æneidos. Irritatque virum telis & voce lacessit. Sed irrito compositum a nomine ratus rata ratū, est infirmo & euacuo. Prudentius de euangelicis verbis. Omnia quæ doctor tradit malus irritat hostis. ¶ Dic ergo puer. Me latro irritat qui partos irritat asses. Irrito.

¶ I, ante u, in medijs.

I, super u produc, niniue, rediuiuus & inde,

Symbriuius semper tu corripuisse iuberis.

¶ I, ante u, in medijs producitur: vt deriuo, coniueo, saliua &c. ¶ Excipiuntur tres dictiones in textu. Niniuę niniuarum, vel hæc Niniue niniues oppidum in Iudęa. Manilius libro vltimo. Hinc niniuas adijt comitatus milite pauco. Rediuiuus rediuiua rediuiuum, de illo dicitur quod postquam mortuū videtur reuiuiscit. Propertius. Plaga recrudescit tali rediuiua dolore. Symbriuius fluuius in Aphrica. Silius libro octauo. Symbriuio rastrisque domant æquicola rura. Niniue. Rediuiu⁹ Symbriuius.

¶ I, in vltimis.



Sub fine moror, hinc sicuti, moly, vocansque.

¶ I, in fine dictionis producitur: vt domini, fui, audi, vesperi &c. ¶ Excipiūtur primo duę dictiones in textu. Sicuti similitudinis aduerbium. Lucil. lib. 9. Sicuti magnanimum decet ille in prælia fertur. Hoc moly herba mirabilis effica-

triæ ad ægritudines curandas. Baptista in epigrammatis. Moly quod infuso curabat vulnera succo. ℂ Secundo excipitur omnis vocatiuus in i, tertiæ declinationis, vt thety, themy, amarili, alexi &c. Vergilius in Bucolicis. Mirabar cur mœsta deos amaryli vocares. Idem. O crudelis alexi nihil mea carmina curas. Dico tertiæ declinationis, quia secus fit in secunda, vt anthoni, vincenti, laurenti &c.

ℂ Documentum.

Cui, mihi, siue tibi, sibi, vbi, ibi, nisi, græcum
In terno nomenque simul non flexile muta.

Octo particulæ in textu, & datiuus græcus sicut Palladi, Thety, diphylidi &c. Et nomen indeclinabile sicut mely, gomy, nauci, vltimam habet communem. Particulæ autem manifestiores sunt q̃ quibus multa exemplificatio debeatur. Sed de datiuo græco testis est Catullus, qui de coma berenices ait. Luce autem prima Tethydi restituor. Et idem in Argo dicit. Tum tehidi pater ipse iugãdum palea sensit. De indeclinabili nomine, Audi quid Corn. de vita Alex. dicat. Gomi p irriguos manabat ab arbore cãpos. Et paulopost. Gomi p virides, hubertim labitur hortos.

Τέλος.

In te I E S V spes mea recumbit.

ℂ Petri Pontani Cæci Brugensis In Artem Versificatoriam, Liber Sextus.

ℂ De litera o, in primis medijs, & vltimis syllabis.

ℂ O, ante b, in primis.



Nte b, ptrahis o, soboles, obelus, sobarusq̃
Ac obol⁹, vel cũ præsint duo cõsona curtas

ℂ O, ante b, in primis producit: vt gobius, gobio, gobergum &c. ℂ Excipiuntur primo quatuor dictiões in textu. Soboles generatio. Vergilius in Buco. Chara deũ soboles magnũ Iouis incremẽtũ. Ego tñ suboles p u, a verbo suboleo suboles rectius proferendũ esse arbitror. Obel⁹ est veru quo in scripturis superflue additum solet notari. Petrarcha in epistola ad Andream poetam. Venit Aristarchus obelis armatus acutis. Pro eodem dicis obeliscus. Vergilius de rosis. Hæc peperit primi vestigia celsa obelisci. Sobarus sobara sobarum, vehemens & fortis. Vergilius in Aethna. Asperior sobaris & quædam sordida fax est. Obolus genus ponderis & monetæ. Priscianus de ponderibus. Nam nihil his obolove

Soboles
Obelus
Sobarus
Obolus

minus malusue talento. Secundo. Excipiuntur dictiones omnes quæ habent duas consonantes ante o, vt probo glomero globo &c.

¶ Documentum.

Quæ dat, ob, adiunges, breuibus, sed obex variabis

¶ Composita ex præpositione, ob: fiunt obio: obis, obesus: obesa: obesum: obortus: oborta: abortum: primam corripiunt. Sed nomen obex. i. obstaculum, priorem variat. Silius libro quarto. Et fidos certant obices arcessere sylua. Vergilius æneidos decimo. Ecce maris magna claudit nos obice pontus.

¶ O, ante c, in primis.

Ante, c, corripis, o, cocalia, dochymus, ocys.

Cocalide, voces, procerus pocula, phoce.

Ocia, cocytus: phocis, boca, ocyma, phoca

Cocota, oceanus, oca, ocyron, remoramur.

¶ O, ante c in primis corripitur: vt oculus voco focus &c.

¶ Excipiuntur decem & octo dictiones in textu. Cocalia locus in quo aues multe nutriuntur. Cornelius de vita alexandri. Consona tristatam reficit cocalia mentem. Dochimus pes metricus ex bachio & iambo, id est prima breui duabus longis: quarta breui & vltima producta constãs vt doceremini. Ruffinus Rethoricas pulchre structuras dochimus ornat. Ocys: id est velox hinc sunt ocyter: ocyus ocyssime &c. Persius satyra quinta. Ocyus ad naues nihil obstat quin trabe vasta. Cocalide populi in aphrica. Silius libro quarto. Cocalidum insidijs & gentis fraude dolosa. Boces pisces sunt de genere cancrorum. Ouidius de trist. Circunfusa magis complebant littora boces. Procerus procera procerum: est lõgus lõga longum. Vergilius nono æneidos. Procerã ærata gestabat cuspide pinum. Poculũ vas potatoriũ. Vergilius in buccolicis. Insanire libet quoniam tibi pocula ponam. Phoce phoces & pro eodẽ phocena vel phocina oppidum thessalie. Cornelius de vita alexã. Languida bellorũ mittebat corpora phoce. Ocyum notum est hinc ocyosus: ocyosa: ocyosum: ocyose: ocyor: ocyaris &c. Oui. de re. amo. Ocya si tollas periere cupidinis arma. Cocytus infernalis fluuius latine luctus interpretatur. Claudianus in epygr. Eruptat cocytus aquas quę sulphura gignunt. Phocis dis. regio boetie cõsecrata musis. Baptist. j. parthenic. Maria. Sed neq; pierij fontis neq; phocidis vnde. Boca nomen piscis qui halecis similitudinem fere habet. Auso. in epyg. Non quęsitũ halec: sed macra: boca fuit. Ocymũ herbarũ cõmixtio quã barbari saladã vocãt. Persi. saty. v. Cũ bene discisto cantauerit ocyma verne. Phoca phoce marinus vitulus. Oui. i. metha. Nũc tibi deformes ponũt sua corpa phoce. Cocota oppidi nomẽ in paflagõia. Ruffꝰ ĩ arato. Diruta nũc marcet quõdã cocota vigebat. Oceanꝰ deꝰ maris vel ipꝫ mare. Lu. li. i. Oceani tumidas remo copescui vndas

Cocalia. dochimus. Ocys. Cocalide. Boces. Procerus. Poculum. Phoce. Ocyum. Cocytus. Phocis. Boca. Ocymum. Phoca. Cocota. Oceanus.

Oca. Ocyron

Oca nomen insule prope libiam. Prisci. in perihegesi. Hinc lybicos flat9 capitaliter oca receptat. Ocyron fluuius macedonie. Lucretius libro. 8. Ocyron tumido rumpebat gurgite ripas.

❡ Documentum.

Locusta & procyon recte variare licebit.

Locusta Procyon.

❡ Duę dictiones in textu primam habēt cōmunem. Locusta breuis bestiola qua Ioannes Baptista vescebatur in deserto. Iuuencus. Mandere locustas solitus ruraribus aruis. Gregorius. Cui latex haustum sociata pastū mella locustis (Saphicum est cū adonio) Procion græca dictio latine anticanis dicitur. Est enim stella quæ immediate pręcedit caniculā. Baptista. 2. partheni. maria. Ceperat & claros ꝓcyon abscōdere vultus. Idem. Ibidem. Post rapidum leporem iugulas & procyon vstum.

❡ Differentia.

Tegmen produco, sed ferrum curto focale.

Focale

❡ Hoc focale focalis duas habet significantias. ❡ Vno quippe modo est tegmen capitis vsq; ad fauces demissum: quo delicatiusculi professores quondam vti solebant: & tunc primam longat. Mart. in apophoretis. Hoc focale tuas asserat auriculas.

❡ Altero modo est ferrum: quo voluptuosorum hominū capilli crispātur & eandem breuiat. Hora. sermo. 13. Fasciolas cubitale focalia potus vt ille. ❡ Dic ergo puer. Vtor focali crines non orno focali.

❡ O, ante, d, in dissyllabis.

O, d, tibi longant dissyllaba, sed modus inde,

Et modo, siue, rhodus, vel odor, ducere debes.

Modus. Modo. Rhodus. Odor

❡ O, ante d, in dissyllabis longatur: vt nodus: odo: nodo nodas &c.
❡ Excipiuntur quattuor dictiones in textu. Modus certa rerum mediocritas. Hor. ij. sermonum. Est modus in rebus sunt certi deniq; fines. Modo aduerbium satis notum. Persius satyra prima. Quisquis es o modo quem ex aduerso dicere feci. Rhodus vel rhodos insula clarissimis nobilitata annalibus. Ouidius. iiij. methamorphos. Diligis hāc vnam. Nec te clymeneq; rhodosq;. Odor vel odos odoris nomen satis notum. Vergi. sexto. æneid. Nares heu nescis funesto infestat odore.

❡ O ante d, in polysillabis.

Curtato, d, polydos, dodona, hinc zodiacusq;.

Dodona. Zodiacus

❡ O, ante d, in polysillabis breuiatur vt podium: sodalis odium &c.
❡ Excipiuntur duæ dictiones in textu. Dodona sylua cōsecrata ioui & veneri. Vergilius. j. georg. Deficerent sylue & victum dodona negaret. Zodiacus signifer orbis latine circulus animalis explicatur. Cic. in arato. Zodiacum hunc græci vocitant nostriq; latini.

ℂO,ante f,in primis.

O super f,primis semper curtare iuberis.

ℂO ante f,in primis corripitur vt proficiscor:ofella:profugus &c. Pro.
Sed de particula pro habes latius in primo libro.

ℂO,ante g,in primis.

O,g,moror,vogesus,bogus,& logos,ac toga,curtis.

Cum rogo, siue rogum,rogus,& roga,iungere debes.

ℂO,ante g,in primis producitur vt ogyge:cogo:fogus &c.
ℂExcipiuntur octo dictiones in textu. Vogesus mons heluetiorum. Lucanus libro primo. Castraq; quæ vogesi curuā super ardua ripam. Bogꝰ augur hannibalis & pro quouis diuinatore sumitur. Silius libro quarto. Contra leta bogus tyro canit omnia regi. Hic logos sermo sed in sola fere compositione reperitur vt logicus:theologus:dyalogus &c. Toga vestis qua romani tempore pacis vtebantur. atq; ideo pro pace accipitur. Cicero de oratore. Cedant arma toge concedat laurea linguæ. Rogo rogas satis liquet. Ouidius de Pamphilo. Ad sese vt venias te miserāda rogat. Rogum rogi oppidum thessalie. Cornelius de vita alexandri. Amne rogum liquido septum procul aspicit otris. Rogus rogi ignis. Ouidius. quarto metamorphoseos. Quodq; rogis superest vna requiescit in vrna Roga roge eleæmosyna. Sedulius de virtu. Nolo negare rogam ne Cristus forte precetur.
Vogesus. Bogus. Logos. Toga Rogo. Rogum. Rogus. Roga.

ℂO,ante l,in primis.

O,super l,breuia,boletus:polypus:olim.

Colis,polydamas:moles,coliphia,colos,

Olearos,nolo,solennis,dolia,moly,

Olenus,& pholis,prolixus,psoleq;.proles,

Bolaq; cum nola,solus,solabere solers,

Spoletum,scolus,tmolus producere nebes.

ℂO,ante l,in primis breuiatur vt soleo:stola:solarium &c.
ℂExcipiuntur vigintisex dictiones in textu. Boletus species est fungi, Martia libro primo. Boletum qualem claudius edit,edas. Polypus piscis plurimos habens pedes & morbus qui e naribus prorumpit. Hor. saty. tertia. Delectat veluti balbinum polypus hagne. Olim.i.aliquādo. Ver. 1.æneī. Audierat tyrias olim quæ verteret arces. Colis colidis. insule nomē in india. Prisc in perihe. Tellus porrigitur q̄ ad terre colidis austros Polydamas polydamantis:multorum princeps interpretatur. Persius. satyra.1. Ne mihi polydamas & troiades labeonem. Moles molis pōdus
Boletus. Polypus. Olim. Colis. Polydamas. Moles.

vel difficultas. Vergilius primo eneidos. Tante molis erat romanam condere gentem. Coliphium panis roboris interpretatur, est enim cibus qui militibus datur. Iuuenalis satyra secunda. Luctantur, pauce comedunt coliphia pauce. Colos oppidum boetie. Priscianus in perihegesi. Hinc sedet aerio montis sub vertice colos. Olearos aleari insula prope siciliam. Ouidi⁹ septimo methamorphoseos. At nō olearos didymeq; & rhenos & andros. Nolo nonnis nolui compositum a non & volo. Persius satyra. i. Cum sapimus patruos tunc ignoscite nolo. Solennis festus. Vergili. quinto aeneidos. Annua vota tamen solennesq; ordine pompas. Dolium vas grande vini aut alterius liquoris. Iuuenalis satyra vndecima. Nā quis plura linit victuro dolia musto. Hoc moly sine declinatu nomē est herbe saluberrime. Ouidius. xiiij. methamorphoseos. Moly vocāt superi nigra radice tenetur. Olenus insule nomen & vrbis in aetholia. Papini. decimo thebaid. Olenos ionijs & fluctib⁹ hospita portu. Pholis pholidis nomē piscis. Lucretius libro nono. Parturit ogigiū numerosos pholidas equor. Prolixus prolixa prolixum. est longus longa lōgum. Verg. in buccolicis. Hirsutumq; supercilium prolixaq; barba. Psole vel psoleon greca dictio latine mentulam significat. Vergilius in priapeis. Psoleo ille vocat quem nos psoloenta ceraunon. Proles generatio. Vergilius primo aeneidos. Exigat & pulchra faciat te prole parentem. Bola bole oppidum italiae. Vergilius sexto aeneid. Pometion castrumq; inui bonamq; coraq;. Nola nole oppidum campanie & tintinabulū quo populus in templis admonetur vt consecratam hostiam adoret. Silius libro octauo. Illic parthenope & poeno non peruia nola. Solus sola solum adiectiuum satis notū. Verg. i. aeneid. O sola infandos troie miserata labores. Solor solaris conforto confortas. Vergilius primo aeneid. Solabar fatis contraria fata rependens. Solers solertis cautus & prudens. Oui. in fast. Oia solerti sapiēter pectore tracta. Spoletū vmbrie oppidum. Cornelius de vita Alexandri. Spoletum inde petit comitatus milite pauco. Scolus vrbs boetie. Papinius in syluis. Laudi scolus erat nunc est sine nomine tellus. Tmolus per duas vel tmolius per tres syllabas promonthorium est in sicilia. Vergilius secundo georgic. Tmolius assurgit quibus & rex ipse phanceus.

(Marginal notes: Coliphiū. Colos. Olearos. Nolo. Solennis. Dolium. Moly. Olenus. Pholis. Prolixus. Psole. Proles. Bola. Nola. Solus. Solor. Solers. Spoletum. Scolus. Tmolus.)

¶ Documentum.

Membrum aut vas produc intestinum colon acta.

¶ Collum pro membro vel vasculo quo lac depuratur priorē producit Terentianus. Iccirco & verbo nunquā vno colla ligari. Vergi. sequundo georg. Collaq; prelorum fumosis diripere tectis. Sed colon vel coleus p instino, vnde coleati. id est mutoniati vel mētulati dicuntur. Eādem corripit. Serenus. Quin colon inuisum morbi genus intima carpit.

(Marginal notes: Collum. Colon.)

¶ Differentia.

Prime longamus: terne colo nos breuiamus.

¶ Colo colas primæ coniugationis est lac vel quemuis alium liquorem depuro & priorem longat. Manilius libro tertio. Et colare vagos inductis retibus amnes. Sed colo colis tertij cõiugatus est orno, oro, veneror, & habito, & eandem breuiat. Verg. in Buc. Ipsa colat nobis placeant ante omnia syluæ. ¶ Dic ergo puer. Dum mea rura colo lactis male symbia colo. Colo

¶ Differentia.

Pro fructu breuio, pro mensura olea duco.

¶ Olea quando arborem vel fructum significat primã corripit. Ouid. de nuce. Si licet hoc oleas distringite ledite messes. Sed quando mensuræ genus denotat eandem producit. Priscianus de ponderibus. Oleaque & dragma non re, sed nomine differt. ¶ Dic ergo puer. In vendenda olea semper iusta olea detur. Olea

¶ Differentia.

Fixum curto solum, sed longo mobile solum.

¶ Hoc solum substantiuum est quicquid alteri suppositum illud substinet priorem corripit. Baptista de contempnenda morte. Vnda solum pereunt mortem subit ignis & aer. Sed solum adiectiuum satis notum eandem lõgat. Philelphus satyra sexta. Regulus alter erat solum hoc de nomine constat. ¶ Dic ergo puer. Non tute, in solo nata vagare solo. Solum

¶ O, ante m, in primis.

O, super m, produc, bromius, comes, atque gomorra,
Et domus, atque domo, dominus, coma, siue vomanus,
Et comedo, chromis, atque dromos, stomachus, vel omasum.
Ac homo, siue vomo, glomus, & dromas, & nomas, istis.
Sic homolaides, ac homole, vel homerus, adepta.
Quodque tome, vel homos donat, breuiare iuberis.

¶ O, ante m, in primis producitur: vt vomer, promo, tomentum &c.
¶ Excipiuntur primo vna & viginti dictiones in textu. Bromius nomẽ Bacchi, furens & ebrius latine explicatur. Propertius. Indulgẽt bromio & magnũ cratera coronãt. Comes, itis, q vel quæ alterũ comitatur. Vergilius. 2. æneid. Si comes & longe seruet vestigia coniux. Gomorra vna quinq; vrbium quæ propter peccatum contra naturam in abyssum ceciderunt. Sedulius de Iudæis. Vulcano infamem fugit superãte Gomorrã. Domus mãsio, sed tamẽ græce proferas doma pducitur. Verg. 2. æneid. Vulcano superãte domus iam proximus ardet. Domo domas, castigo & reprimo. Propertius, Omne quod & durum prouida cura domat.

Bromius
Gomorra
Comes
Domus
Domo

Dominus Coma. Vomanus Comedo. Chromis Dromos stomach⁹ Omasum Homo Vomo Glomus Dromas Nomas Homolaides. Homole Homerus Tomi Tomus Homœomeria.

Dominus, rector. Verg. primo æneidos. Romanos rerum dominos gentemque togatam. Coma comæ capillus. Vergilius primo æneidos. Lora tenens tamen hinc ceruixque comæque trahuntur. Vomanus fluuius aphricæ. Cornelius de vita Alexandri. Tinguntur modico stagnorũ prata vomano. Comedo comedis, est satis notum. Baptista in epigrammatis. Pauca illi comedunt quib⁹ est moderatio cordi. Hic chromis saltator & cursor, quo nomine adolescens apud Vergilium in Bucolicis appellatus est. Pergite Pierides Chromis & Mnansyllus in antro. Dromos dromi, cursus vel locus in quo curritur. Catullus in epigrammatis. Protinus in vacuo cõstitit ille dromo. Stomachus pars hominis satis nota. Baptista in Buco. Vt stomachus languentis eram quem nulla ciborum. Omasum quoduis intestinum. Bapt. in Buc. Sed tu tam rudis es tam pleno inflatus omaso. Homo hominis nomen satis notum. Horatius in epistolis. Non hominem occidi, non pasces in cruce coruos. Vomo vomis, bibitũ vel comestũ ore eructo. Iuuenalis satyra sexta. Cum vomit hæc inter nautas & prandet & errat. Glomus glomeris, connectio siue conuolutio fili. Silius septimo libro. Vix glomere exacto præceps vestigia rupit. Dromas dromadis cursorius canis. Martialis in epygrammatis. Velox deserta cursitat vrbe dromas. Nomas nomadis, regio, fluuius & populus Lybyæ. Martialis in epigrammatis. Cui diadema daret marmore picta Nomas. Homolaides homolaidum sine singulari septem Thebarũ portæ. Papinius vij. Thebaid. Sphynge per ingẽtes homolaides exeant hemõ. Homole homoles vel homolus, mõs est in Thessalia. Vergilius septimo æneidos. Descendunt centauri homolem otrimq; niualem. Homerus homeri, lingua ęolica dicitur latine cęcus. Talis enim erat ille poeta poetarum apud Græcos. Itaq; agnomentum est ab euentu quod & mihi contingit: quia frequentius multo cæcus, q̃ Petrus vel pontanus vbique vocitor. Hora. in epist. Laudibus arguitur vini vinosus homerus. ¶ Secundo excipiuntur omnia composita a tome. i. diuisio, & homos. i. similitudo: vt tomaculum, cibus ex intestinis porcorum. Tomi tomorum oppidum in quo Diana fratrem suum dilacerauit. Tomus tomi imperfectus liber siue particula quædam libri. Item homoglossus. i. similis lingue. homœomeria, similitudo partium. Homilia similis sermo &c.

¶ Documentum.

Vomica, pomilio, vel omitto carmina mutant.

Vomica Pomilio Omitto

¶ Tres dictiones in textu primam syllabam habent communem. Vomica est tumor in corpore turpem euomens saniem. Serenus. Vomica qualis erit vultu speculare quieto. Iuue. saty. xiij. Et phthysis & vomicæ putres & dimidium crus. Pomilio, onis, pomilus, li, vel pomilis huius lis, est populus breuis, qui cum gruibus assiduum habet bellum Pigmeus vulgo appellatur. Cornelius de vita Alexandri. Ridebat nimiũ pomiliones corpore paruo, syncopa est, Martialis in Apophoretis. Parma tibi scutum pomilionis erat. Omitto omittis, concedo vel relinquo. Hora. in episto.

Quem sua culpa premit deceptus omitte tueri. Prudentius in psicomachia. Non omitte preces quamuis quisque recuset.

¶ Differentia.

Primę corripimus como, sed ternę remoramur.

¶ Como comas primę coniugationis est comas siue crines induco, & priorem breuiat. Proper. Ridentes placido iā rami vere comātur. Sed como comis. i. orno ornas eādem longat. Idē. Vel quid pigmentis ornare mēbra iuuat. ¶ Dic ergo puer. Quātūuis comas non caput ipse comas. Como

¶ O, ante n, in primis.

O super n, breuis sicut monos attamen educ,

Monycus. & gonos, thonites, zonaque nonus,

Et quum c, d, p, preit o, cronos, atque donysa

Cum cronijs, phonos, authores breuiare iubebunt.

¶ O ante n, in primis corripitur: vt bonus, sono, tono &c.
¶ Excipiuntur primo quinque dictiones in textu. Monychus nomen Cētauri. Valerius Flaccus. v. Monychus ardenti peragit clarus antora quercu. Gonos vel gonus latine angulus. Lucretius lib. xj. Non ita gonos erat quod delituere sub astu. Thonites thonite fluuius in Dalmacia. Priscianus in perihegesi. Atque latu medius thonites intrat & exit. Zona cinctorium. Horatius. ij. sermonum. Ibit eo quo vis qui zonam perdidit & rem. Nonus nona nonum numerale nomen. Vergilius primo Georg. Addere nona fuge melior contraria furtis. Monichus Gonos Thonites Zona Nonus.
¶ Secundo excipiuntur dictiones habentes c, d, p, ante o, vt conor, dono, pono &c. ¶ Hinc rursus demuntur quatuor dictiones in textu. Cronos tempus, sed in sola fere compositione reperitur. vt conographus est temporis descriptor, conographia temporis descriptio. Ouidius de tristi. Hæc ita discreuit gestata conographus olim. Donysa vna cycladum in ægeo mari. Vergilius in ciri. Marmoreamque paronviridem allapsa donysam. Cronia croniorum sine singulari sunt baccanalia siue festa bacchi. Lucilius lib. quinto. Torua mimaloneę croni dant tympana bacche. Phonos percutio siue flagellatio: sed extra compositionem raro inuenitur, vt nebrophonos, id est ceruorum necator. Tisiphone tisiphones penarum flagellatio. Ouidius. 4. Methamorphoseos. Tisiphone canos vt erat turbata capillos. Cronos Donysa. Cronia. Phonos Tisiphōe

¶ Differentia.

Pro cantu tibi curto tonum, pro pondere duco.

¶ Tonus pro illa vocis moderatione quæ inter cantandū debet obseruari, priorē corripit. Catul. in epyg. Me putet absurdo promere digna

tono. Sed tonus toni pro quodã genere ponderis eandẽ producit. Priscianus de ponderibus. Prestitit equali semper venalia tono. ¶ Dic ergo puer. Nullus in ore tonus, quia fraudatur mihi tonus.

¶ O, ante p, in primis.

Ante p corripis o, tophus, sclopus, quoq; psophis.

Et dropax, popeanum, vel cum presto c,

Educes, scopulus scopus atq; copas, cophinusq;,

Et copos, inde scopas. tantum breuiare iuberis.

¶ O, ante p, in primis breuiatur: vt opus sopor oportet &c.

Tophus. ¶ Excipiũtur primo quinq; dictiones in textu. Tophus tophi asper est lapis qui in arenas facile resoluitur. Vergil. 1. Geor. Et tophus scaber & nigris exesa cylindris. Sclopus. Sclopus sclopi est ille sonus quẽ grandiores tube faciunt. Persius saty. quinta. Nec sclopo tumidas intendis rumpere bucas. Psophis. Psophis psophidis, oppidum Boetiæ. Papinius. 4. Thebaid, Aephitios idem ardor agros psophidaq; celsam &c. Dropax. Dropax dropacis vnguentum quo vanę mulieres faciem genasq; fuccant vt pulchriores videãtur. Martia. libro tertio. Psilotro faciemq; lauas & dropace caluam. Popeanũ. Popeanum vnguentum quo delicati homontiones ad suauem vtuntur redolentiam muscum Galli vocant. Iuuenalis satyra. 6. Pane tumet facies pinguia popeana (Spondaicus est versus.)

¶ Secundo excipiuntur habentia c, ante o, vt copulo copulas, scropha copia &c. Hinc rursus demuntur sex dictiones in textu. Scopulus. Scopulus alta rupes latine specularium dici potest. Vergilius primo æneid. Aeneas scopulus interea conscendit & omnem. Scopus. Scopus signum quod sagitarij cõtingere nituntur. Martialis in epygrã. Impetit ostensum crebra sagitta scopum. Copas. Copas copę, Mons assyrię excelsus latine dicitur. Propertius. Labitur aetio pulsus ab vsq; copa. Cophinus. Cophinus, species sportę. Iuuenalis satyra secunda. Iudæi quorum cophinus frenumq; supellex. Copos. Copos græca dictio latine labor explicatur: sed in sola cõpositione reperies, sicut arthocopus est panis laboriose factus. chyrocopus manus laboriosa. Androcopus homo laboriosus &c. Scopas scopę nomẽ subtilissimi celatoris: & p quouis sculptore sumi potest. Propertius. Venit praxiteles venit & inde scopas.

¶ Differentia.

Curtat opis patrius, sed rectus protrahit opis.

Opis. ¶ Opis genitiui casus trũ. Vnde opi opem ope pro facultate priorẽ corripit. Vergil. 1. æneidos. Non opis est nostrę dido nec quicquid vbiq; est. Sed opis nominatiui casus huius opios huic opi hãc opim ab hac opi, p nympha eandẽ producit. Claudianus in libro. 2. de laudibus poe. Et soror optatum numen venatibus opis. ¶ Dic ergo puer. Nil opis in cœli tractibus opis habet.

¶ Differentia.

Deponens duc opperior, passiuum breuiando.

¶ Opperior opperiris deponētale verbum est expecto expectas & primam positione longat, quia duplicato pp, scribitur. Horatius in episto. Nec tardū opperior, nec praecedentibus insto. Sed operior operiris verbum passiuum est tegor tegeris & candē corripit. Sedulius libro tertio. Corpus saepe ęgrum tunicis operitur amoenis. ¶ Dic ergo puer. Quem dudum opperior gramine opertus adest. Opperior. Operior.

¶ Differentia.

Arbor longamus: sed gens populus breuiamus.

¶ Populus pro arbore de genere quercuum est generis foeminini & primam longat. Vergilius, in Bucolicis. Populus alcide gratissima vitis iacco. Sed populus pro collectione hominum generis est masculini & eandem breuiat. Horat. de arte. Tu quid ego & populus mecum desiderat audi. ¶ Dic ergo puer. Miratur populus frondes quas populus edit. Populus.

¶ Differentia.

Vinea propago longans, stirps curto propago.

¶ Propago propaginis pro vinea primam longat. Lucretius libro tertio. Hic propaginibus si laetus fauerit imber. Sed propago pro stirpe siue progenie eandē breuiat. Persius satyra tertia. Non possit magni mei sale lippa propago. ¶ Dic ergo puer. Dum propago perit franca propago gemit. Simile habes in primo libro de particula pro. Propago.

¶ Differentia.

Composito breuia, sed simplice sopio produc.

¶ Sopio sopis est dormire facio quod in compositione syllabam so, breuiat. Ouidius secundo de arte. Purpureo iacui semisopita thoro. Sed in simplici eandem longat. Idem septimo Methamorphoseos. Peruigilem superest herbis sopire drachonem.
¶ Dic ergo puer. Quum me sopires semisopitus eras. Sopio.

¶ O, ante q, in Primis.

Ante q, contrahis o, sextus tamen excipiatur.

¶ O, ante q, in primis corripitur: vt coquo coquis, loquor loqueris quoque coniunctio &c. Sed composita ex illo ablatiuo quo, excipiuntur, vt quoquo, quoque, quocunque &c.

¶ O, ante r, in primis.

O, super r, breuia: coritae, morio, coram,

Corasmi, choros, soractes, orithos, hora,.

Oratā, oritæ, sorex, horoscopus, oro.
Os, orithius, mons corycus, oricos, horus.
Noricus, oretoni, psora, orithiaque, noris,
Orodus, doron, doris, morus, quoque porus,
Thorax, & soros, sora, & quibus l. præit aut t,
Cum deriuatis semper producere debes.

¶ O, ante r, in primis corripitur: vt soror, mora, forem &c.
Corithæ. ¶ Excipiuntur primo duę & triginta dictiones in textu. Corithę corithes, vel coritha corithæ, famosæ equæ nomen apud Romanos. Iuuena. satyra octaua. Sed venale pecus corithæ posteritas &c.
Morio. Morio morionis stultus qui vel sermone vel gestu aut deformitate corporis magnates delectat, fatuum regis, aut principis vocant. Martialis libro octauo. Morio dictus erat viginti millibus emi.
Coram. Coram præpositio satis nota. Horatius in epistolis. Audisti coram necverbo parcius absens.
Corasmi Corasmi populi Macedoniæ. Lucilius libro septimo. Crinibus explicitis passim corasmius errat.
Choros Choros est locus, sed in sola compositione reperitur, sicut chorographus, id est loci descriptor. Bapt. de Alphonso. Chorographos memini persæpe audire legendo.
Soractes. Hic soractes, hoc soracte, vel hic sorax huius soractis, mons Appuliæ. Vergilius ęneidos vndecimo. Summe deum sancti custos soractis Appolo.
Orithos Orithos orithi, oppidum Epyri. Proper. Accipiat placidis orithos æquoribus.
Hora. Hora tempus satis notum. Horatius in epistolis. Grata superueniet quę non sperabitur hora.
Orata Orata piscis aureū colorem habens. Martialis in epigrāmatis. Nō omnis laudem preciūq; orata meretur.
Oritæ Oritæ oritarum: populi Thessaliæ. Priscianus in perihegesi. Oritas oribasque simul linque arachotas.
Sorex Sorex magnus mus: ratum barbari vocant. Serenus. Si prægnas arctus captiui soricis edit.
Horoscopus. Horoscopus est cujuslibet horæ naturalis influxus. Persius satyra secunda. Discrepet his alius geminos horoscope varro.
Oro. Oro oras, rogo. Vergilius primo æneidos. Oramus prohibe infandos a nauibus ignes.
Os. Os oris, pars hominis satis nota. Vergilius secundo ęneidos. Ora prius miseris nonnunquā credita teucris.
Orithius. Orithius mons maritimus in boetia. Sidonius in epita. Qua super idalius leuat orithion & ætram.
Mos Mos moris consuetudo: sed mores in plurali sunt virtutes aut vitia. Horatius in epistolis. Non quo more pyris vesci Calaber iubet hospes.
Corycus Corycus oppidum & mons Ciciliæ. Adagialiter autem pro subtili latrone vsurpatur. Cornelius de vita Alexandri. In primis circumspicias ne corycus adsit.
Oricos Oricos oppidum ætholię. Silius libro decimoquinto. Ille & nocturnis conterruit oricon armis.
Horus Horus hori equus solus. Ouidius in fastis. Aera per liquidum lampadas horus agit.
Noricus Noricus populus scythię. Sidonius in primo panegyrico Noricus ostrogathū qui continet ille timetur.
Oretoni Oretoni populi & montes hongarię. Bapt. in exhor. Oretonū proceres collecto marte venirent

Psora latine scabies dicitur. Bapt. in epyg. Iamque caput solidum lurida psora tegit. Orithia nympha quam boreas rapuisse fingitur. Properti⁹. Non orithiam boreas ardentius optat. Noris nomē vrbis in india Cornelius de vita Alexand. Pugnacem ingenti conclusit milite norim. Noris etiam verbum est pro noueris eadem quantitate retenta. Persius satyra secunda. Tecum habita & noris quā sit tibi curta supellex. Oropus huius oropontis oppidum Germaniæ. Martialis in xenijs. Oropus mittit validas in prelia turmas. Doron, id est donum: sed in sola fere compositione est: vt dorotheus, id est donum dei, dorosius, id est donum inutile & vanum. Bapt. in epigram. Quem nobis quondam mittis Dorosius extat. Doris doridis, id est nympha maris vel ipsum mare. Vergilius in Bucolicis. Doris amara suam non intermisceat vndam. Morus arbor cuius fructus hoc morum dicitur. Vergilius in Bucolicis. Sanguineis frontem moris & tēpora pingit. Porus gemma & subtilis illa apertio corporis per quam sudor emanat. Lucretius libro septimo. Largius exudāt resolutis corpora poris. Thorax thoracis armatura, qua milites pectus muniunt. Ennius. Vulneribus cadit innumeris thorace remoto. Soros greca dictio, latine cumulus explicatur. Hinc est sorita illa argumētatio quā vulgus dialecticorum de primo ad vltimum vocat. Lucilius libro nono. Fit secus atque putas, non hunc sorita fefellit. Sora soræ oppidum Italiæ Silius libro octauo. Ducebat simul excitos soræque iuuentus.

Psora | Orithia | Noris | Oropus | Doron | Doris | Morus | Porus. | Thorax | Soros | Sora.

¶ Secundo excipiūtur habentia l, vel r, ante o, vt gloria, floreo, roro toras, prora, ros roris &c.

¶ Documentnm.

Origanum vel coralium variabis orion.

¶ Tres dictiones in textu: primam syllabam habēt communem. Origanum genus herbe. Martialis libro tertio. Inter lactucas origanumq; liber Marcer de virtut. herb. Quinetiam membris vires prosunt origani. Coralium vel coralus species gemmæ quæ cordis conseruatrix esse fertur. Ouidius libro quarto methamorphoseos. Nunc quoq; coralus eadē natura remansit. Claudianus in nuptijs honorij. Mergit se subito vellitque coralia Clotho. Orion nis, stella quæ suo ortu & occasu cedes & pluuias concitat. Verg. 1. æneid. Cum subito assurgens flctu nymbosus orion. Papinius septimo thebaid. Atq; auro rude fulmen habent orionis alti.

Origanū | Coralium | Orion

¶ Differentia.

Ventus longatur, sed turba choros breuiatur.

¶ Corus pro vento vel mensura priorem longat. Boet. 1. de conso. phi. Vt cū precipiti glomerantur sydera choro. Sed chorus pro turba vel loco sacro eandem breuiat. Verg. 1. eneid. Exercet Diana choros quā mille sequutæ. ¶ Dic ergo puer. Spiranti coro sunt mala sæpe choro.

Corus

¶ Differentia.

Deponens duces, commune moror breuiabis.

Moror ℂ Moror moraris deponētale verbum est insanio insanis & stulte age dicitur enim ab adiectiuo greco moros.i.fatuus, vt in hoc Plauti in truculento. Amor mores hominum moros & morosos efficit: tunc priorē longat. Lucret.lib.xj. Id nisi retuleris læso morabere sensu. Sed moror cōmune verbum est expecto vel expector. detineo vel detineor: & eandē corripit. Persius saty.2. Annuere his superos vetuere Iouemq; moratur ℂ Dic ergo puer. Quum quis moratur nil blandimenta moratur.

ℂ Differentia.

Morosum mos producit tibi: quod mora curtat.

Morosus. ℂ Morosus morosa morosum a nomine mos moris est difficilis & petulans vtpote qui viuendi morem in horas mutat & primam syllabam longat. Persi⁹ saty.6. Quum morosa vago singulti & inguine vena. ℂ Sed morosus morosa morosum a nomine mora est tardus & piger, eandēq; breuiat. Tibul. Mollibus instratis turba morosa iacet. ℂ Dic ergo puer Seruus morosus semper solet esse morosus.

Differentia.

Fœmina corripitur: regio producitur ora.

Ora. ℂ Ora pro dea vxore quirini priorem breuiat. Ouid.14. metha. Mutatoreq; vocat quę nunc dea iuncta Quirino est. Sed ora pro regione vel extremitate vestis eandem longat. Verg. primo æneid. Sed vos qui tandem quibus aut venistis ab oris. ℂ Dic ergo puer. Nō ora dardania modo proclamatur in ora.

ℂ Differentia.

Duc primo numero: sed plurali phora curta.

Phora ℂ Phora phorę singularis numeri pag⁹ est & templū in quo britomartis nympha colebatur apud æthiopes & priorem longat'. Verg. in Ciri. Vnde alij fugisse ferunt & numina phorę. Sed fora pluralis numeri a nominatiuo forum sunt loca in quibus res venduntur, aut res tractantur: & eandem breuiat. Mart. lib.4. Congrua sunt causis hæc fora stulte tuis. ℂ Dic ergo puer. Non fora læta sibi torrida phora parat.

ℂ Differentia.

Vrbs breuians corytus: tibi pro pharetra remorabor.

Corytus ℂ Corytus nomē vrbis Italiæ primā corripit. Papi. in syl. Nec se patria Coryti de gente negabit. Sed Corytus pharetra siue theca sagittarū eandem producit. Bapt. in calamit. temp. In fera villosus corytos prelia gestant. ℂ Dic ergo puer. Quem firmat corytus bonus est corytus in armis. Simile habes libro præcedente i, ante t, in medijs.

ℂ O, ante s, in primis.

O, super s, produc: posui, mosa, siue posides,

Pros,rosa,siue cosæ,dosis,atque nosos,vel osiris.

Cum posido semper debes breuiare mosella.

¶ O, ante s, in primis producitur:vt rosus rosa rosum , moses, prosis.
&c.Excipiũtur primo composita ex dictione pro.i.ad vel iuxta:vt ꝓse-
dia,proseucha,prosopopeia &c.Secundo excipiuntur decẽ dictiones in
textu. ¶ Posui pręteritũ a pono ponis.Verg.6.æneid.Remigiũ alarum — Posui
posuitqꝫ immania templa.Mosa mosę fluuius Gallię. Sidonius in pane- — Mosa
gyrico. Rhenꝰ arar rhodanus mosa matrona sequana ledus.Posides no — Posides
men spadonis siue ementulati.Iuuena.satyra.4. Vt spado vincebat capi
tolia nostra posides.Rosa rosę flos satis notus.Propertius. Quinqꝫ ro- — Rosa
sas digitis late candentibus ambit.Cosę cosarum oppidũ Thuscię. Ver- — Cosæ
gi.10.æneidos.Quiqꝫ vrbem liquere cosas quis tela sagittę. Dosis græca — Dosis
dictio latine donum explicatur:sed in sola fere compositione est: vt an-
tidosis,id est retributio:antidotum est medicina contraria morbo. Ca-
chodosus.i.malum donũ.Nosos grece morbus latina voce dicitur. Lu- — Nosos.
cret. libro.5.Sit tibi corda nodos si corpus pestis adurit. Osiris nomen — Osiris
idoli apud Aegyptios,quod in specie canis colebatur, Sedulius de trans-
for.Sublimi cecidit solio latrator osiris.Posidium vrbis nomẽ in Lybia — Posidium
ego autem per tres syllabas cogente versu syncopate in textu protuli:
sicut Cornelius de vita Alexandri qui ait. Nec posidi muros nec martia
castra reliquit.Mosella nomen fluuij Gallię.Ausonius in epygram. Lar- — Mosella.
gus tranquillo perlabitur amne mosella.

¶ Documentum.

Anceps mosini,proserpina,prosa,cosira.

¶ Quatuor dictiões in textu primã syllabã habẽt cõmunẽ. ¶ Mosini — Mosini
populi Asię.Tibul.lib.4. Quaqꝫ hebrus tanaisqꝫ getas rigat atqꝫ mosi-
nos.Priscia.in perihegesi. Mosiniqꝫ domos præbent quis lignea tecta.
Proserpina est Plutonis vxor,& infernaliũ regina.Verg.1.gẹor.Nec re
petita sequi curat Proserpina matrẽ.Seneca de Hercule furente. Vidisti — Proserpina
siculę regna Proserpinę (Versus est asclepiadeus). Prosa soluta oratio.
Ausoni.de numero ternario. Prosa Asię in causis numero inuitata cho- — Prosa
rorum.Lucil.lib.9.Tu pede siue prosa faris tibi palma relicta est.Cosira — Cosira
vrbs & insula Aphricę.Sil.lib.14. Et bellare thebas docilis cosiraqꝫ par-
ua.Ouid.2.Fastorum.Fertilis est melite sterili vicina cosiræ.

¶ Differentia.

Ros roris longat tibi,sed roseus rosa curtat.

¶ Roseus rosea roseum a nomine ros roris est rore aspersus, & primã — Roseus.
producit.Vergilius.7.æneidos. Qui nomen tum vrbem qui rosea rura
velini.Sed roseus rosea roseum a nomine rosa rosę est rubicũdus & pul-
cher,vel habens materiam rosę,& eandem corripit.Vergi.1.æneid. Di-
xit & auertens rosea ceruice refulsit. ¶ Dic ergo puer.Est hortus roseꝰ
quem roseus imbuit imber.

¶ Differentia.

Bibliopola rapit primam sosius, cocus affert.

Sosius ¶ Sosius vel sosias nomē bibliopolę siue librarij primam corripit. Horati⁹ de arte. Hic meret ęra liber sosijs hic & mare transit. Sed sosi⁹ vel sosias nomē subtilis coci eandē producit. Ennius. Fercula qui laute subducat sosius adsit. Vtrūq; custos & conseruator explicatur. ¶ Dic ergo puer. Ista libenter edunt sosij quæ sosia condis.

¶ O, ante t, in primis.

O, t, breue est, protos, totus duc, noteo, lotos,

Otides, cote, doto, photis, quoque poto,

Sother, cum iota, votum, vel sotis, & illa.

Quæ duo consona præmittunt crotalum, inde proteruus.

¶ O, ante t, in primis breuiatur: vt quoties, toties, quot⁹, quota, quotū &c. ¶ Excipiuntur primo omnia composita a protos. i. primus, vt ptogenes. i. primus in genere: prothomartyr. i. prim⁹ testis: protograph⁹ id est primus scriptor &c. ¶ Secundo excipiuntur duodecim dictiones

Totus. in textu. Totus, tota, totum, adiectiuum satis notum. Persius satyra. 5.

Noteo. Supplicet accedam si totus & integer illinc. Noteo notes, notus sum: sicut notesco notescis, notus fio. Prudentius de Iudęis. Quæ cunctis sunt

Lotis in lingua notere putantur. Lotis vel lotos arbor dulcissimum proferens fructum: vnde populi quidam Asiæ lotophagi dicuntur, quia fructu loti victitāt. Martialis libro quarto. Nec plus lotos aquas littora myrthus amat. Priscianus in situ orbis. Hospitijs gaudens gens degere lotophago

Otides. rum. Otides paruæ aniculæ quas sepium passeres vocant. Propertius.

Cote. Non daret otidem minimam desiste precari. Cote cotes, vol cotis cotidis est oppidum Mauritaniæ, in quo vsus acuendi ferrum in cote primū repertus est. Corneiius de vita Alexandri. Talia non nobis mittebat spi-

Doto cula cote. Doto huius dot⁹ nympha quæ Mercurij pellex fuisse dicitur. Lucilius libro tertio. Non ita formosæ dotus frontem expetit Hermes.

Photis. Photis photides oppidum Germaniæ. Martialis in epygrammatis. Ta

Poto lis & ingenuo pectore photis erat. Poto potas, abundanter bibo. Bapti

Sother sta contra impudice scribentes. Estygiam lato gutture potat aquam. Sother sotheris vel sotheros est saluator, sicut sotheria sotheriæ saluatio, sotherium sotherij, salutare, sotheria sotheriorum dona deo pro salute amicorum oblata. Baptista in epygrammatis. Fide alacer nos multa deo sotheria pro te. Hoc iota litteræ gręcę nomen, & pro re vilissima sæpe

Iota. accipitur. Martialis libro secundo. Vnum de titulo tollere iota potes.

Votum Votum, oratio, promissio, & desiderium. Persius satyra quinta. Et mo-

Sotis. dicus voti præstolare dulcis amicis. Sotis vel sotes parcus & auarus, & per cōtrarium asotos largus est, & prodigus. Tibullus. Macra ppinabat nobis & pocula sotes. ¶ Tertio excipiūtur omnia quæ habent duas cōsonantes ante o, vt clotho, plotæ, glotis &c. Hinc rursus demuntur duę

dictiones in textu. Crotalum crepitaculum quod ægyptij in manibus gestant. Vergilius in coppa. Crispum sub crotalo docta mouere latus. Proteruus proterua proteruum, petulans & superbus. Lucretius libro nono Nullo in consensu multum placuere proterui. Crotalū Proteruus

Documentum.

Quotidie, lotium recte mutare valebis.

Duæ dictiones in textu primam syllabam habent communem. Quotidie aduerbium satis notum. Baptista in Bucolicis. Quotidie magis atque magis crescebat in horas. Martialis in epigrammatis. Basia longis quotidie sunt labris, Scazon est., vbi quotidie primam corripere manifeste deprehendis, Lotium vrina. Catullus ad ægnatium. Hoc te amplius loti bibisse prædicet, loti pro lotij, Scazon est. Tibullus. Testiculos male curatos mihi lotium oburit. Quotidie Lotium

Differentia.

Mobile producens, fixum nothus abbreuiabo.

Notus nota notum participium a verbo noscor nosceris priorē longat. Vergilius. 1. æneid. Sum pius Aeneas fama super æthera notus. Sed nothus substantiuum nomen siue pro vento sine aspiratione, siue pro illegitimo, quem barbari bastardum vocāt, cum aspiratione eandem breuiat. Verg. primo æneid. Tris nothus arreptas in saxa latentia torquet. Idem septimo ænei. Suppositos de matre nothos furata creauit. Dic ergo puer. Sim licet ipse nothus, notus est semper mihi notus. Notus Nothus

O, ante u, in primis.

O, super u, breuia: duc pro, nouania, & ouum.

O, ante u, in primis corripitur: vt ouis, ouo ouas, ouile &c. Excipiuntur primo cōposita a pro, sicut prouincia, prouenio, prouentus &c. Secundo excipiuntur duæ dictiones in textu. Nouania dea & Appuliæ oppidum. Vergilius de culice. Hinc pingues aperit late Nouania campos. Ouum satis notet. Horatius satyra secunda secundo libro. Longa quibus facies ouis erit illa memento. Nouania. Ouum.

Differentia.

Verbum tu breuias, sed nomen protrahis ouo.

Ouo ouas, verbum neutrum est gaudeo gaudes de habita victoria: & priorem corripit. Vergilius in coppa. Quam vehementer ouat, tam debilior miser hæsit. Sed ouo dandi auferendive casus eandem producit. Propertius. Parcere ne cures mādit nō amplius ouo. Dic ergo puer. Mihi prolato ouo, non vehementer ouo. Ouo.

O, ante b, in mediis.

OB, breue est medijs, october, siue canobus,

Ambobus longobardi, vel iobe duobus.

Recte produces vtrobique ſiue iacobus.

October. Canobus Ambob⁹. Longobardi. Iobus Duobus Vtrobiq;. Iacobus

¶ O, ante b. in medijs corripitur: vt approbo approbas, improbus, improba improbum, improbo improbas &c. ¶ Excipiuntur octo dictiones in textu. October octobris nomen menſis. Lucretius libro ſecundo. His primis ad me venias octobris horis. Canobus oppidum ægypti. Catullus in epigrammatis. Grata canobis incola littoribus. Ambobus datiuus vel ablatiuus ſatis notus. Vergilius ſecūdo æneidos. Vna ſalus ambobus erit mihi paruus Iulus. Lōgobardi populi Italiæ. Baptiſta de exhor. Hinc Longobardas acies in prælia mittit. Iobus proprium viri quod ſtulti per vnicam ſyllabam proferunt. Prudentius de iudæis. Non ita monſtrabat quōdam manſuetus Iobus. Duobus datiuus vel ablatiuus ſatis notus. Propertius. Nil vereare ſalus vna duobus erit. Vtrobique aduerbiū ſatis notum. Lucretius libro tertio. Quid petis iſta loquar ſatis hæc vtrobique fulgent. Iacobus hebræum nomen per quatuor ſyllabas, latine ſupplantator explicatur. Claudianus in epigrāmatis. Ne laceres verſus dux Iacobe meos.

¶ O, ante c, in medijs.

O, c, rapis, ſed barbaricum producitur ocus,

Quando triocalla, hinc exocitus ocinium que.

Quando Triocalla Exocitus.

¶ O, ante c, in medijs breuiatur: vt apocope, ezocopen, metrocolis &c. Excipiuntur primo omnia barbara, id eſt neque latina neque græca, quæ in ocus exeunt, vt Iodocus, Guinochus, Phrinocus &c. Dico autem barbara, quia græca breuiantur: ſicut Laodocus, demodocus, metrodocus. Secundo excipiuntur compoſita ex aduerbio quando: vt quandocunq; &c. Tertio excipiuntur duæ dictiones in textu. Triocalla oppidum Lybiæ. Sillius libro octauo. Marte Triocallam vnanimes preſſere furenti. Exocitus fluuij nomen in Aſia. Tibullus libro vltimo. Hanc rapidis circum lymphis exocitus ambit. Quarto excipiūtur omnia quæ in ociniū exeunt, vt latrocinium, lenocinium, tyrocinum &c. Quib⁹ ex longis deducta coniunges, ſicut negotium, latrocinor latrocinaris, patrocinor patrocinaris & cætera.

¶ O, ante d, in medijs,

Ante d, corripis o, botrodum, erodio, epodos,

Emoda, Herodes, cuſtos, rapſodia, produc.

Emodus vel nebrodes, glicerodes iſtis

Thermodon iunges & quæ dabit ode vel odes.

Botrodū.

¶ O, ante d, in medijs corripitur: vt epodus, epodium, ephodium &c. Excipiuntur primo vndecim dictiones in textu. Botrodum, oppidum Celtiberiæ. Statius in ſyl. Botrodo mittente manus fugere gygantes.

Erodio erodionis vel erodius erodij nomen auis quæ in durissimis mõtium rupibus nidificat. Martialis in epygram. Plurimus ambibat vestros erodio colles. Epodos epodi carmen est heroicum principalis cant⁹ latine explicatur. Ausonius in epygramma. Dactylicos elegos coriambũ carmen epodos. Emoda emode nomen oppidi in thessalia. Valerius flaccus libro sexto. Iungit opes emoda suas sua signa sequuti. Herodes generale nomen regum galileę. Baptista.3. Partheni. Maria. Iam ferus herodes fato sublat⁹ ad vndas. Custos custodis & quicquid inde venit; sicut custodia custodio &c. Horatius de arte poetica. Imberbis iuuenis tandem custode remotho. Raspodia nomen vrbis & fluuij in lybia. Lucilius libro 6. Tandẽ magnanimas vires raspodia tollit. Emodus emodi nomẽ montis in thessalia. Priscianus in perihegesi. Quos capit emodo missos gangetica monte. Nebrodeo nomen montis in lybia. Vnde hymera fluuius prodit. Silius libro decimoquarto. Nebrodes gemini nutrit diuortia fõtis. Glicerodes glicerodum populi dulce canentes. Baptista in epygram. Nonne superuacuas dabo glicerodibus aures. Thermodon fluuius thracie. Vergilius nono æneidos. Quales thracie quum flumina thermodontis. (Spodaicus est versus.) Secundo excipiũtur composita ab ode, id est cantus & odes, id est formatus sicut melodes melodia hilarodus &c. Itẽ geodes capuodes thiodes &c.

Erodio — Epodos — Enodia. — Herodes — Custos — Raspodia — Emodus — Nebrodes — Glicerodes.

¶ O, ante f, in medijs.

O, super f, breuiant medie si comperiatur.

¶ O, ante f, in medijs corripitur: sed inuentu rarissimum est vt dinofus astrofus, philophotius &c. Quæ tamen & hæc per ph, aspiratum scribi possunt.

¶ O, ante g, in medijs.

O, g rapis, sed quæ veniunt a nomine, goge.

Et tolostobogi octoginta ducere debes.

¶ O, ante g, in medijs corripitur vt syllogismus: technolog⁹, aret ophogus &c. ¶ Excipiuntur primo cõposita ex nomine goge, id est dictio sicut pedagogus: isagoge, sinagoga &c. ¶ Secundo excipiuntur duæ dictiones in textu. Tolostobogi feroces populi indie. Philelph. satyra.5. Non tolostobogi tanta rapiuntur in igne. Octoginta numerale nomen barbari: octuaginta & octuagesimus dicunt. Lucilius libro.7. Octoginta palam profers vel tende meatum.

Tolostobogi. — Octogita

O, ante l, in medijs

O, super l, breuia, quæ solor, poleo. colos.

Et solymi, donant, mediolanum. atque cymolus.

Aetholus, pactolus, acoluthus, parenolus.

Prestolor, subsolanus, capitolia dictis.

Idolum, mansoleum, geolophus, addes.

Producenda phonolenides, coniunge tymolus,

¶ O, ante l, in medijs breuiatur vt neapolis: metropolis: pētapolis &c.
¶ Excipiuntur primo composita quattuor primarum dictionū in textu quæ sunt. Solor. vnde consolor: desolor: subsolor &c. Poleo, id est vēdo, vnde bibliopola librorum: farmacopola medicaminum: myropola vnguentorum venditor &c. Colos, id est membrum. vnde monocolos vnius membri. dicolos duorum membrorum. tricolos tethracolos triū quattuorve membrorum carmen &c. Solymi solymorum vrbs Iudeæ Hierusalem dicunt. vnde hierosolimitanus hierosolimitata. Hierosolimitanor aris, id est iudaiso iudaisas &c.

Solor
Poleo.
Colos
Solymi

¶ Secundo excipiuntur quattuordecem dictiones in textu. Mediolanum oppidum Longobardorum. Ausonius in epygramma. Et Mediolani mira omnia copia rerum. Cymolus cymoli oppidum thessalie. Ouidius. 7. libro Methamor. Hinc humilem myconon certasque rura cymoli, Aetholus populus ætholie in græcia & in campania. Vergi. 11. æneid. Non erit auxilio nobis ætholus & arpi. Pactolus fluuius arenas aureas conuoluens Silius libro. 1. Hinc certant pactole tibi duriusq; tagusque. Acoluthus græca dictio sacer famulus latine explicatur. stultum vulgus acolytus per y, græcum in tertia syllaba profert. de quo in confessionali nostro plura dicimus ex beato Hieronimo. Parenolus modicus est vermis cancrum mortificandi sui vicinitate virtutem habere dicitur. Therentianus. Nec simplex parenolus erat sub viscera cancro. Prestolor aris est expecto expectas. Cornelius de vita Alexandri. In studijs vehemens non prestolatur hiantes. Subsolanus ventus qui oriente sole suboritur. Lucilius libro septimo. Non subsolani boreę non spectat ad ortum. Capitolium Romanum palatium. Vergilius. 6. æneidos. Ille triumphata capitolia ad alta coryntho. Idolum simulachrum diminutiuum est idoliū. Baptista in panegyrico Roberti. Verum etiam qui vana sacris Idola prophanis. Sedulius de iudeis. Vestraque tartareos claudunt idolia manes. Mansoleum sepulchrum maxime arduum quale mansolus in assyria constituit. Martialis in epygramma. Aere nec vacuo pendentia mansolea. Gæolophus terre examinator & doctor. Lucrę. libro nono. Cursibꝰ assiduis hortos Geolophus ambit. Phonolenides phonolenidę populꝰ assyrię. Ouid. 12. methamor. Inde phonolenidem pater obtrūcabat ad aram Tymolus mons Sicilie in quo optimus crocus nascitur. Ouid. 6. metha. Deseruere sui nymphe vineta Tymoli. Si vsquā aliter reperis Tmolus per duas syllabas debet proferri. Vt apud eundem decimo Methamorphoseos. Iudice sub Tmolo certamen venit ad impar.

Mediolanum
Cymolus.
Aetholus.
Pactolus
Acolutħ.
Parenolꝰ.
Prestolor
Subsolanꝰ
Capitoliū
Idolum
Mansoleū
Geolophꝰ
Phonolenides.
Tymolus

¶ O, ante m, in medijs.

O, super m, curta, longis deducta morando.

Et cynamomus, anomalus, vel ithomus, ithome.

Ac neutrum thome,hippomanes,vel sodomum aberce,

¶ O,ante m,in medijs corripitur vt hebdomada: rephomus abdomius &c. ¶ Excipiuntur primo ex longis deducta sicut cognomen prænomen binomius &c.

¶ Secundo excipiuntur quattuor dictiones in textu:Cynamomus: auiculæ nomen quæ similitudinem merule habet. Therentius. Pro merula stultis manibus capitur Cynamomus. Anomalus,anomala,anomalum irregularis & discolus.Baptista de gonsa.Fertur Anomala ceruice petisse tropheum.Ithomus nomen montis.Catul.in epygramma. Vnigenāque simul cultricem montis ithomi. Ithome , ithomes alta turris in vrbe Messenia.Papinius quarto thebaid . Planaque messene montanaque nutrit Ithome. Cynomamus. Anomal⁹. Ithomus Ithome

¶ Tertio excipiuntur nomina neutra quæ habēt o,ante m.vt amomū: cynamomum:ichnomum &c.Hinc rursus demuntur omnia composita a thome,id est incisio vt epithoma atum.ydioma atum &c. Sic & Hippomanes multiplex venenum.Vergilius.2.Geor.Hippomanes vero pastores nomine dicunt . Sodomum vel sodoma vna quinq; vrbium quas deus propter peccatum contra naturam ardenti sulphure percussum in abyssum vsq; ad viscera inferni precipitauit.Pruden.de fide catholica. Sodomum in extremos cecidit crudeliter ignes. Hippomanes. Sodomū

¶ Documentum.

Norma cenomani varians gæometra iungit.

¶ Duę dictiones in textu o,ante m,variāt.Cenomani populi gallie qui & cenones appellantur Robertus Guaguinus. Ah frustra abloqueris cenomani principis aulam.Baptista de exhor.Cenomani acres & nō ignobile semen.Geometer vel geometra terre mensurator. Tibul. Non fuit his geometra plagis qui quereret imum. Lucil.lib.11. Quicquid erat dubij doctus geometra tollit.De hoc habes etiam in primo libro,In regula de i,& o,in compositione. Cenomāi. Geometer.

¶ O,super n,in medijs.

O,super,n,longans recte crementa notato.

Axena,& alcyone,vel etichthonius,chioneque,

Coctana,ballonothi:mycone,vel mammona produc.

Hippona,geryones,simul eionides,aponusque.

Xantonus,harmonies,aconitum,vel proconesus

Diniona,ionium,atque paretonium,quoque panon,

Ceronium,vel meriones,manonixque,peletrum.

Mazonomum,atque carentonius,phonos,& gony,iunges.

Digitized by Google

¶ O, ante n, in mediis producitur vt antiphona: persona, symphonia & c. Hic autem diligenter notanda sunt quae de crementis nominum terminatorum in o, vel in on diximus quia quedam producuntur sicut leo leonis: sermo sermonis: burdo burdonis & c. Quedam vero breuiantur sicut demon demonis: anon anonis, pauon pauonis & c. quae ex crementis facile possunt dignosci preter haec tamen.

Axona ¶ Excipiuntur primo viginti sex dictiones in textu. Axona regio quam nunc saxoniam dicunt. Martia. in egyp. Omnibus his cuneis axona mater erat.
Alcyone Alcyone, alcyones vel hec alcyones alconis marina est volucris que in altissimis rupibus nidificat. Ouidius. xi. methamor. Incubat alcyone pendentibus equore nidis.
Erichthonius. Erichthonius gygantis nomen. his terre interpretatur. Oui. 2. metha. Pallas erichthonium prolem sine matre creatam.
Chione Chione chiones nomen meretricis apud corynthios Martialis in epygrama. Compositos mittit chione tibi pulchra libellos.
Coctanũ Coctanum coctani siccatum prunum vel ficus. Martialis in epygramma. Paruaque cum canis venerunt coctana prunis.
Ballonoti Ballonoti: populi germaniae. Sidonius in. 2. panegy. Bollonotus rugus burgundio visus alites.
Mycone Haec mycone mycones insula vna cycladum. Papinius. 1. syluarum. Cyclades hinc sprete myconosque humilisque seriphos.
Mãmona Hoc mammona mammone hebrea dictio latine malus thesaurus dicitur. Pruden. de virtutibus. Mutos tartareis cumulatum mammona trudit.
Hippona. Hippona hippone dea equorum & stabulorum. Luci. li. 6. Taliter in nostris placeat precor hippona tectis. Iuuenalis tamen vnico p scribit primam corripiens satyra octaua. Solam hiponam & facies olida ad persepia pictas
Geriones. Geriones gerione rex Hyspanorum qui tria corpora habuisse fingitur, quia trium regnorum dominabatur. Vergili9 de gestis herculis. Geryone extincto decimam dat hiberia palmam.
Eionides Eionides populus graecie. Statius in syluis. Emicat eionides palmam vt contingere possit
Aponus Aponus venetiarum vicus iuxta patauium qui tito liuio natalitius fuisse perhibetur. Lucanus libro septimo. Colle sedens aponus terris vbi fumiger exit.
Xanton9. Xantonus populus gallie prope Tolosam Lucanus libro primo: Signa mouet gaudetque amoto xantonus hoste.
Harmonies' Harmonies vel harmonia: dulcis sonus. Bapti. in epygrãma. que dulci harmonia sydera mota sonant.
Aconitũ Aconitum venenosissima est herba & pro quouis nocente veneno recte sumi potest. Baptista contra impudice scribentes. Pro violis tribulos aut aconita legis.
Proconesus. Proconesus populi nomen. Babtista de dionysio. Hinc northmana phalanx illinc proconesus in hostem
Diuiona Diuiona oppidum britannie. Ausonius de bello germanico. Diuione armate pauidam cinxere coronam.
Ionium Ionium ionij mare. Ouidius lib. nono methamorphoseos. Icari quos cernis in ionio immenso. (Spondaicus est versus absque synalepha)
Paretonium. Paretonium oppidum & portus egypti. Silius lib. 3. Quasque paretonio glomerauit littore turmas.
Pauon Pauon pauonis populus hõgarie sine pauonie. Statius. 5. syluarum. En fuga pauoniae mutatoresque domorum
Ceroniũ Ceronium genus herbe Columella libro. 4. Ceronium duplex porci cum sanguine miscent.
Meriones Meriones gygantis nomen membrosus latine dicitur Ouidius. 13. Methamorp. Meriones peteret maioris frater atride.
Manonix. Manonix: populi nomen in antiqua germania. Lucre. lib. 4. Non manonix

non rusctus erat non ære recuruo. Peletron nomen oppidi Thessaliæ, cuius gentilicium est peletronius peletronia peletronium. Ouidius duodecimo Methamorphoseos. Veste peletronius macareus in pectus ad acta. Mazonomum oppidum prope Siciliam. Papinius libro vndecimo Thebaidos Mazonomi pingues celerat populator in agros. Carontonius ducis Britanniæ nomen. Ausonius libro tertio. Inde Carontonius sequitur ceruice leuata. Peletron Mazononum. Carontonius.

¶ Secundo excipiuntur composita ab his duabus dictionibus phonos, vel phone, id est percussio, vt thesiphone, nebrophonos, persephone &c. Gony. i. generatio vel filius, vt chryonus, antigonus, peritogonus &c. Gony.

¶ Documentum.

Ioniam primis recte variabo duabus.

¶ Ionia pars est Boetiæ consecrata musis, & duas primas syllabas habet communes. De prima dictum est libro primo. De secūda. Ouidius libro sexto fastorum. Nec latium norat quem præbet Iona diues. Tibullus. Ionam patres musis sacrasse feruntur. Ionia

¶ Differentia.

Foemina produco, sed flumen matrona curto.

¶ Matrona pro muliere coniugata mediam habet productam. Proper. libro tertio. Si matrona potens præceperit oreadas ibit. Sed pro fluuio Galliæ eandem corripit. Sidonius in secundo panegyrico. Renus Arar, Rhodanus, Mosa, Matrona, Sequana, Ledus. ¶ Dic ergo puer. Non diues matrona bibit quod matrona voluit. Matrona

¶ O, ante p, in medijs.

Ante p, corripis o, sed deme antropus, asopus.
Europa, æsopus, cetropa, canopus, inopus,
Hydrops, aleoperea, hysopus, enopus, epopeus,
Lycopæus, aulopus, leucopetra, crotopus,
Atque sinope, siue siope, oropus, iopas,
Sicque metopon, iunge prosopos siue pyropus.
Et quæcunque creos, theos, hinc componere cerni.

¶ O, ante p, in medijs corripitur: vt atropos, syropus, enopon &c.
¶ Excipiūtur primo viginti dictiones in textu. Antropus græca dictio latine homo vel humanitas dicitur. Vnde multa cōponūtur: sicut antropophagus qui carne humana vescitur. Antropophormita qui diuinitatem in sua essentia mēbratā formā habere arbitraē. Misanthropus osor hoim siue solitarius qui cōsortia hoim ꝓpter deū fugit. Asopus fluuius Achaiæ in Græcia. Luca. lib. vj. Accipit asopus cursus phœnixq; melasq;. Antropus. Misantropus. Asopus.

Europa. Europa europæ, vel europe europes, nymphę nomē, & tertia pars mundi qui in Asiam, Lybiam, Europam doctore Ptolomeo fecernitur. Propertius libro secundo. Vobiscum Europæ, nec proba pasiphę. Aesopus pantonomi generale nomen. Cornelius de vita Alexandri. Aesopos ridens aspernatur parasitos. Hic & hæc citropa qui vel quæ citrum, id est scutū gestat. Lucilius libro nono. Formiter armatis bellat citropa lacertis. Canopus nomen stellę & vrbis Aegypti. Propertius libro tertio. Scilicet incesti meretrix regina Canopi. Inopus fluuius Thessaliæ. Valerius flaccus libro quinto. Fidus & inopi materna gratior vnda. Hydrops hydropis aqua quæ inter cutem & carnem defluit, quam patiens hydropicus appellatur. Horatius in epistolis. Si nolis sanus cures hydropicus & ni. Aleoperea insula est in ægeo mari. Statius quarto syluarum. Aegiumque fretum nos Aleoperea cingit. Hæc hysopus vel hysopum, herba de qua in primis dicere memini. Columella libro quinto. Feruorem si mixta adsit variabit hysopus. Enopus promontorium in regione ponthica Philelphus satyra vndecima. Non sic ponthus habet, non sic prędatur Enopus. Epopæus huius epopæi vel epopęos nomen nautæ quem Bacchus in delphinum mutauit. Ouidius tertio Methamorphoseos. Affuit altitonans animorū hortator Epopæus. Lycopęus huius lycopęi vel lycopęos nomen regum Macedoniæ. Baptista de Alphonso. Lycopæus saeui nomen generale tyranni. Aulopus nomen piscis, anguillæ similitudinem habentis. Lucretius libro vndecimo. Aulopum liquidis nunquam spectabis in vndis. Leucopetra pars Thessaliæ albus lapis interpretatur. Priscianus in perihegesi. At leucopetram longissima rura tenentes. Crotopus generale nomē regum Argiuorum. Papinius primo Thebaidos. Perquirens nostri tecta haud opulęta Crotopi. Sinope sinopes, pars Assyriæ, cuius terra tota rubicunda est. Valerius flaccus libro quinto. Assyrios complexa sinus stat opima sinope. Siope siopes græca dictio, silentium latine explicatur. Baptista libro primo Parthenices Marianę. Ad Mariæ thalamos famulam misere siopem. Oropus vrbis nomē in Aegypto. Lucanus libro decimo. Fleuit & oropus, fleuerunt mœnia lagi. Iopas iopæ nomen citharedi quod generaliter sumi potest. Vergilius primo æneidos. Post alij proceres cythara crinitus Iopas. Metopon nomē scopuli in ægeo mari. Priscianus in perihegesi. Pro merito graij ctiu dixere Metopon. Prosopos prosopi græcum nomen, latine persona dicitur. Martialis libro sexto. Quatuor & cophon paulo prosopon amat. Pyropus, preciosa gemma quæ lucem igneam profert. Ouidius libro secundo Methamorphoseos. Clara micante auro flammasque imitante pyropo. ¶ Secundo excipiuntur omnia composita a creos, id est caro & theos, id est deus, vt creopagus carnium comestor, creopola carniū venditor, creopilus carnium corruptor. Item theophilus, id est dei amator, theophila dei amatrix, theophorus deum portans &c.

Margin: Europa. Aesopus Citropa. Canopus. Inopus. Hydrops. Aleoperea. Hysopus. Enopus Epopæus Lycopęus Aulopus Leucopetra. Crotopus Sinope Siope. Oropus Iopas Metopō prosopos Pyrypos.

¶ O, ante q, in medijs.

Ante q, corripis o, longans vtroque, alioqui,

¶ O, ante q, in medijs corripitur: vt præcoquus præcoqua præcoquū, alloquor alloqueris, eloquor eloqueris &c. ¶ Excipiūtur duę dictiones in textu. ¶ Vtroq; siue ablatiuus sit ab vterq;, siue aduerbiū. Lucre. lib. ii. Claudicat atq; oculo tristis cōniuet vtroq;. Alioqui est aliter vel alio modo. Indocti alioquin per n, in fine proferunt. Hora. i. sermo. Quod mœchus foret aut si carius aut alioqui. Vtroq; Alioqui

¶ O, ante r, in medijs.

O, super r, breuia, longis deducta morando.

Quæ doron, atque theo, choros, dant orius, orus.

Aurora, anthores, allorus, azorus, alora.

Sic animoria, atque trichora, cyborium, helorus.

Sycomorus, oporinos adde, pelore, peloris.

Hisque cytorus coniunges longando cytorum.

¶ O, ante r, in medijs corripitur: vt oratorium, promonthoriū, corroboro &c. ¶ Excipiūtur primo deriuata ex lōgis, vt olorin9 ab olor oloris. Adoreus ab ador adoris. Maioranus a comparatiuo maior maioris, quæ ex crementis satis dignoscuntur. Sed pueris interdum pauca repetere non est inutile. Secundo excipiuntur composita ex græca dictione doron, i. palma vel donum: vt pandora, theodorus, heliodor9 &c. Tertio excipiuntur composita ex gręco theo, id est consideratio, vt theorema, theoresis, theoresius &c. Quarto excipiuntur composita ex græca dictione thoros, id est locus, vt anachorita, euchorius, eutheochor9 &c. Quinto excipiuntur adiectiua in orius, oria, orium, vt senatori9, prętorius, lictorius &c. Sexto excipiūtur adiectiua in orus, ora, orum: vt metheorus metheora metheorum, id est altus & sublimis, canorus canora canorum, sonorus sonora sonorum &c. Septimo excipiuntur quindecem dictiones in textu. ¶ Aurora nympha quę in stellam nomine mutatam conuersa dicitur. Vergilius. i. ęneidos. Nunc quibus aurore venisset filius armis. Anthores anthoris viri proprium latine vndiq; prudēs explicatur. Verg. 10. æneid. Herculis anthorem comitem qui missus ab argis. Allorus oppidum Thessalię. Vale. Flac. libro. 8. Porrigitur late rapidas allorus ad vndas. Azorus nomen pagi prope insulā colcon. Valerius Flaccus lib. 9. Illic diuitias azorus gaudet apertis. Alora piscis quem alosam per s, latini vocāt: sed inductum est vitij lingua vulgi gallicani: quod fere r, pro s, & contra s, p r, proferre solet: vt ierus, masia &c. Cornelius de vita Alexādri. Quem queris pingues fundo piscatur aloras. Animoria nomē vrbis in Thessalia. Papi. 6. Thebaid. Aut cyrrhā tauris animoriāq; supināt. Trichora trichororum sine singulari sunt ędificia quib9 tres turres super extruuntur. Papi. in syluis. Heu nimium celsis tumuisti vane tricoris. Cyborium cyborij discus reponendis carnib9 aptus. Propertius. Placemus genium vacuata cyboria profer. Helorus nomen flu- Aurora Anthores Allorus Azorus Alora Animoria Trichora Cyboriū Helorus.

nij & vrbis Siciliæ. Silius libro. 14. Montis ab extremo rapitur clamosus helorus. Hæc sycomorus, arboris nomen, ficus fatua & inutilis latine explicatur. Baptista de Alphon. Non steriles platanę non sycomorus habebat. Oporinos adiectiuum græcum latine autumnalis dicitur. Martialis libro nono. Si daret autumnus mihi nomen oporinos essem. Pelorus pelori, promonthorium Cicilię. Ouidius quinto Methamorphoseos. Dextra sed Ausonio manus est subiecta peloro. Hæc peloris peloridis vel peloridos, piscis nomen satis vilis & insalubris. Martialis libro decimo. Et fatuam summa cœnare pelorida mensa. Cytorus cytori, vel hoc cytorum cytori, mons & oppidum minoris Asiæ. Vergilius. 2. Georgi. Et iuuat vndantem buxo spectare cytorum.

Sycomorus. Oporios. Pelorus Peloris Cytorus

O, ante s, in medijs.

O, super s, produc medijs, phrosis, & potes acta.
Ambrosius, cynosura, siracosius, petosiris,
Mnemosyne, genosus, vel prandosos, ennosigeus,
Lucosia, ac elemo, cum pandosia, breuiabis.

¶ O, ante s, in medijs producitur; vt antiptosis, Methamorphosis, Ioseph per tres syllabas. ¶ Excipiuntur primo composita ex dictione græca phrosis. i. cognitio vel prudentia, sicut euphrosyne, sophrosine, theophrosine &c. ¶ Secundo excipiuntur composita ex græco nomine potes. potor, sicut symposiastes. i. cōpotor vel cōuiuator, symposiū. i. conuiuiū, symposiarcha. i. princeps vel dominus cōuiuij &c. ¶ Tertio excipiūtur vndecē dictiones in textu. Ambrosius ambrosia ambrosiū, grecū adiectiuū latine immortalitatis dicitur. Baptista de morte contēnenda. Non capit ambrosias mens nisi casta dapes. Hinc est ambrosia substātiuum nomē herbe, qua soli dei vescuntur. Martia. lib. 5. Iuppiter ambrosia satur est & nectare viuit. ¶ Cynosura minor vrsa canis cauda latine explicatur. Baptist. 1. Parthe. Maria. Tu nobis ilice nobis cynosura p altū. Syracosius syracosia syracosiū, est siculus sicula siculū, ab oppido Syracusis. Silius libr. 14. Inde syracosias castris circūdedit arces. Petosiris, nomen astrologi, dispositionis scrutator interpretatur. Iuuena. saty. 6. Aptior hora cibo nisi quā dederit petosiris. Mnemosynę mnemosynes latine memoria explicatur. Bapti. lib. 2. Parthe. Maria. Mnemosynę genitrix illi pater vsus ab ipsa. Genosus epyri filius. Ouid. lib. 5. Methamorphoseos. Aut genosum nunc sole niues, nunc imbre solute. Hæc pandrosos huius prandosi nomē puellæ omnino robusta & rudis latine explanatur Catullꝰ ad Ephrosiū. Praudosos est amplexa caput male sana quietum. Ennosigeus deus est maris vel ipsum mare sermone latino concutiens terram dicitur. Iuuena. satyra. 10. Ipsum cum pedibꝰ qui vixerat ennosigeum. Lucosia lucosiæ, nomen insulæ apud Macedones. Lucil. lib. sexto. Lucosiæ vastos circumdedit excita saltus. Elemo pro eleæmosy-

Cynosura Syracosiꝰ Petosiris. Mnemosynæ. Genosus Prandosos. Ennosigeus. Eleæmosyna.

sis carminis gratia est donum quod dei amore pauperibus erogatur cuius vocis tam discrepantes sunt syllabę vt carmen vllum vix ingredi possit. Pandosia nomen vrbis macedoniæ. Silius libro vndecimo. Pandosia egressus iuuenis pulcherrima frustra. Pādosia.

O, ante t, in medijs.

O, t, longabis: sed compositum breuiabis,

Quæq; dotos, notus, atq; potes, gota, dant anotronq;

Comprotinus, vel deiotarus, simul abrotonumq;.

O, ante t, in medijs longatur: vt lithostratos, id est lapidum cumulus, caue autem ne cum ignaris apud Ioannem legas aut cantes Licostratos: quia luporum exercitum significat, super quem Pylatus non sedit. Omnia etiam composita a ptosis, id est casus o, ante t, longant contra imperitorum consuetudinem: vt aptotus aptota aptotum, id est nullius casus monoptotus vnius, diptotus duorū, triptoptus trium, tetraptotus quatuor, penthaptotus quinque, hexaptotus sex casuum dicitur. Excipiuntur primo composita quæ in fine prioris partis habēt o, ante t, sicut zelotippus, leucothoe, thimotheus &c. quæ ex primo libro satis enotescūt. Secūdo excipiuntur composita ex dictione gręca dotis, id est datus sicut antidotus vel antidotum est medicina data morbo per contrarium: sic herodotus, eudotus, zemodotus &c. Tertio excipiuntur composita a nomine nothus quod ventū significat: sicut bellonothus, furonothus, ricinothus, &c. nomina sunt populorum. Quarto excipiuntur composita ex nomine græco potes, id est potor, vt iam dixi, sicut, sympotes, id est compotor, œnopotes vini, hydropotes aquæ potor dicitur. Quinto excipiuntur composita ab hebræa dictione gota, quæ caput significat: sicut golgota, id est locus caluariarum, siue capitum mortuorum: sic ostrogotus, vesogotus, agotus &c. tyrannorum sunt nomina. Sexto excipiuntur quatuor dictiones in textu. Anotron anotrontis, vel anotron tos, per syncopam vel integre anotrotalus anotrotali nomen est auis in ægypto frequentis. Martialis libro vndecimo. Turpe rauennatis guttura anotrotali. Comprotinus comprotina comprotinum est stercorarius, ria, riū. vt pote qui vel foricas euacuat vel qui agros ad fertilitatem stercorat. Lucre. lib. 9. Pinguia comprotinos nouerunt pascua seruos. Deiotarus princeps Lybiæ. Luca. lib. 5. Deiotarum & gelidæ dominum racipalim oræ. Abrotonum nomen herbæ quæ & ferrum & venenum ex corporibus animantium pellere fertur. Luca. lib. 9. Abrotonū & longe nascentia cornua cerui.

Anotron. Comprotinus. Deiotar. Abrotonum.

O, ante u, in medijs.

O, super u, breuia: sed controuersia muta.

O, ante u, in medijs corripitur: vt Genoueſa, Clodoueus, Ludouicus.

Fateor autem eiusmodi dictiones apud solos Christianos reperiri: sed cū christigenę simus, indignum penitus reputo christigenas authores & voces vsque adeo contemni: vt ne regulam quidem de his, quasi abortiuis & prophanis statuere curemus. Sed controuersia secundam habet ancipitem. Sidonius in panegyrico. Controuersias camena recte viro subdes hypponacticū carmen est, Philelphus decade. 6. Heu quantas tenuis dat controuersia clades.

Contro-uersia

¶ O, in vltimis.

O, sit fine anceps modo corripuisse iubemur.

¶ O, in fine dictionis variatur: vt homo, lego, ego, leo, scribo, canto, scādo & omnia gerundia in do. Sed aduerbium modo tantum corripitur. Martialis libro tertio. Quum sit tam pauper quomodo cæcus amat.

Modo

¶ Documentum.

Ternus cum sexto patrius monosyllaba græcum.

Ducitur & quæcunque sonant aduerbia sextum.

¶ Quinquplices dictiones o, in fine producūt tantum. Primo datiui & ablatiui singulares nominum inflectionis secundę: vt domino, glycerio, templo &c. Secūdo genitiuus singularis qui a nominatiuo in os exit in o, vt huius atho, ab hæc athos, huius apollo ab hic apollos, huius androgeo ab hic androgeos. Vergilius secundo æneidos. Androgeo galeā clypeiq; insigne decorum. Tertio vox monosyllaba siue quę vnicum habet syllabam, vt sto, flo, do, pro, &c. Quarto græcum nomen in o, cuius genitiuus terminatur in us, vt Mantho manthus, Clotho clothus, Alecto alectus, Dido didus &c. Quinto aduerbium quod ablatiui secundæ declinationis formam habet: vt recto, falso, multo, certo &c.

¶ Documentum.

Primo, cum vero, cito, mutuo, sedulo, iuuo,

Crebro, sero, profecto, dabunt varianda poetæ.

¶ Nouem dictiones in textu quāuis formam ablatiui secundæ declinationis habere videantur vltimā tamen habent ancipitem. ¶ Primo, id est primitus. Lucre. libro quarto. Primo corripias quę sunt indigna relatu. Idē in. 9. Primo venit mentemq; mouet quod displicet ęgre. Vero. i. sed vel certe. Luci. lib. 3. Vero cardinibꝰ lōgis per littora fugit. Idē lib. xj. Vero quod ad nostros tentas nil proderit actus. Cito. i. velociter. Bapt. in epigr. Non cito contrahitur quod cito sępe perit. Ibidem. Multa cito lapidas quæ longa luce parasti. Mutuo, id est vicissim quasi ex me ad te: & ex te ad me. Cornelius de vita Alexand. Mutuo concordes inter se fœdera poscunt. Seneca in hecuba. Mutuo sæuos repetunt atridas, Saphicū est. Sedulo diligenter. Lucretius libro xij. Sedulo ad extremas hinc sese proripit arces. Catullus in epigrammatis. Sedulo nostras relegat querelas

Primo. Vero Cito. Mutuo. Sedulo.

Saphicum est. Iuno iunonis latinum est quia a iuuandis regnis dea sic nominatur. Verg. 2. æneid. Eruit hic iuno cæas seuissima portas. Propert Tam grauibus curis candida iuno faue. Crebro. i. continue. Hora in epi. Est mihi purgatam crebro qui personet aurem. Catullus ad Lesbiã. Crebro per oceanas libeat mihi currere terras. Sero, id est tarde. Stat. 1. theb. Sero moror talami mœste solatia mortis. Tibul. lib. iij. Heu sero reuocatur amor, seroq; iuuentus. Profecto. i. certe. Lucil. lib. 8. Ille profecto venit de quo victoria pẽdet. Seneca de Hercule furente. Hinc profecto nos agimur per vndas turbine leuo, Saphicum est. Iuno. Crebro. Sero. Profecto.

¶ Differentia.

O, tibi vocalis variat: sed consona longat.

¶ Particula o, siue aduerbium sit, siue interiectio quando præponitur alteri vocali variatur. Verg. in buco. Te corydon o Alexi trahit sua quęque voluptas. Hora. 1. carm. O & præsidium dulce decus meũ. Asclepiadeum est. Sed quando præponitur cõsonanti semper longatur. Verg. in buco. O mihi tam longe maneat pars vltima vitę.

¶ Differentia.

Nomen corripies ergo: coniunctio curtes.

¶ Ergo indeclinabile nomẽ pro causa vltimam semper corripit. Lucre. lib. 7. Illius ergo venis vt nos in funere claudas. Sed ergo cõiunctio quoquo modo accipiatur eandem variat. Augustinus Cæsar de testamento Verg. Ergo ne supremis potuit vox improba verbis. Tam dirum mãdare nephas &c. Hora. 2. serm. Nõ tanti est ergo fungar vice cotis acutum. ¶ Dic ergo puer. Huc necis ergo venis: ergo cruciabere flagris. Ergo

Τέλος.

¶ In te I E S V spes mea recumbit.

¶ Petri Pontani Cæci Brugensis in Artem Versificatoriam Liber Septimus.

¶ De litera u, in primis, mediis, & vltimis syllabis, finalibusque consonis.

¶ V, ante b, in primis.



, B, rapis, quibus n, vel b, pręit inde bubulcus,
Et pubes, huber, rubigo, iubilo, glubo,
Subula, cum suber, vel cubus, subulo produc.

¶ V, ante b, in primis breuiatur, vt iubar, subucula, rubeo &c. ¶ Excipiuntur primo habentia n. vel b, ante u, sicut nubo, nubes, nubilis, bubo, bubius, bubalus, &c. Demitur tamẽ bubulcus, id est cu-

Bubulcus stos boum vel aliorum quorumcunq; grandium pecorum. Verg. in bucolicis. Venit & vpilio, tardi venere bubulei. Secundo excipiuntur nouem

Pubes dictiones in textu. Pubes pubis, prima ætas pubertatis vel ipsa pubertas aut turba iuuenum. Ouidius in fastis. Profuit obsessis pubes validissima

Huber. muris. Huber huberis substantiuum est: mamilla vel fertilitas. Sed adiectiuum est pinguis & fertilis. Verg. in buco. Bis venit ad mulctram, binos alit hubere fœtus. Idem primo æneidos. Vrbs antiqua potens armis atq; hubere glebę.

Rubigo Rubigo rubiginis, sordes illa quę ferrum aut segetes consumit. Horat. sexto sermon. Iuppiter vt pereat positum rubigine ferrum.

Iubilo. Iubilo iubilas, gaudium vocibus confusis ostendo quod iubilum appellatur. Lucretius libro nono. Iubilat omnis ager subeunti rure tonante. Silius lib. xiiij. Et letus scopulis audiuit iubila cyclops.

Glubo. Glubo glubis decortico & excorio Auso. in epigramma. Pastoris tondere pecus: sed glubere non est.

Subula Subula subulę sardonium instrumentum. Mart. lib. iij. Quodque tibi tribuit subula sicca rapit.

Suber Suber suberis interior cortex arboris. Persius satyra prima. Vt ramale vetus vegrandi subere coctum.

Cubus Cubus cubi, est tessara tessaræ genus ludi alearum & taxillorū. Mart. lib. 7. Quicquid anhelarunt brachia cubus habet.

Subulo Subulo subulonis tibicem & vanus. Ausonius in epig. Lucilli vatis subulo pulli premo.

¶ Differentia.

Fungus produces: arbor tuber abbreuiabis.

Tuber. ¶ Hoc tuber tuberis siue fungū siue inflaturā corporis significet priorem longat. Iuue. saty. 5. Fumat aper post hunc, raduntur pectora si ver. Sed hæc tuber tuberis siue arborem siue fructū designet eādem breuiat. Martialis in xenijs. Et vernę tuberes quid tibi cum lybicis. ¶ Dic ergo puer. In tellure tuber: sed crescit in corpore tuber.

¶ V, ante c, in primis.

V, c, longo: lucerna, sucerda, lucella, ducenti,

Duc: & cum c, n, aut r, præit acceleratur.

Nuceria, hinc bruchus, cucurio, concubo, demas.

¶ V, ante c, in primis longatur: vt luceo, lucania, mucus. &c.

Lucerna ¶ Excipiuntur primo quinq; dictiones in textu. Lucerna cernæ satis claret. Persius satyra quinta. Dispositæ pinguem nebulam vomuere lucernæ.

Sucerda Sucerda dæ, stercus porcorum. Cornelius de vita Alexandri. Vulnus hians putri fas est stipare sucerda.

Lucellum Lucellum paruum lucrum. Sedulius de mendico. Templorum in foribus mane lucella petit.

Ducenti Ducenti & duceni numeralia sunt satis nota. Martialis libro duodecimo. Deinde ducēta sonas & ais non esse minoris

Dux. Hic & hęc dux ducis, qui vel quæ alterum ducit. Vergilius primo æneidos. Iamque puer donis ibat duce lętus achate.

¶ Secūdo excipiūtur habentia c, aut n, vel r, ante u, vt cuculus, cuculatus cucinus &c. Nucleus, nucleo, nux nucis, &c. Trucido, prucido, trux tru-

eis &c. Hinc tantus demuntur quattuor dictiones in textu. Nuceria nuceriæ oppidum Campaniæ. Martialis libro octauo. Nucerià paruis cinxerunt mœnibus hostes. Bruchus, bestia satis nota. Prudentius de Ioanne. Plurimus e toto cortice bruchus erat. Cucurio cucuris, proprium est galorum vocem edentium. Ouidius de philomela. Cucurite solet galus galina gracilat. Cucubo cucubas proprium est noctuarum. Ouid. de philomela. Noctua lucifuga cucubat in tenebris. Nuceria Bruchus Cucurio Cucubo

¶ Documentum.

Tu luceres & quæ deriuas inde mouebis.

¶ Luceres lucerum, nobiles fuerunt quondam Romani, primaq; id nominis ancipitem habet, & quicquid inde deriuatur, sicut lucomenes lucomonium, lucere lucerarum &c. Ouidius tertio fastorum. Quosq; vocat rhamnes luceribusq; dedit. Propertius libro. 4. Hinc taties rhamnesque viri luceresque coloni. Luceres

¶ Differentia.

Ternæ longamus, primæ duco, nos breuiamus.

¶ Duco ducis tertij cõiugatus est dirigo dirigis, & priorem lõgat. Horatius de arte. In vitium ducit, vitij fuga si caret arte. Sed duco ducas primę coniugationis est nutrio nutris, & eandem corripit. Ennius. Quid si festinem qua tu me pulte ducabis. Simplex est pro composito educabis. ¶ Dic ergo puer. Siquo me duces fac bene sæpe duces. Duco

¶ V, ante d, in primis.

V, d, produces, studeo, rudiæ, tuder, acta.

Inde sudes. tudito rudis, atque trudes, pudet addam.

¶ V, ante d, in primis producitur: vt trudo, cudo, sudo &c. ¶ Excipiuntur octo dictiones in textu. Studeo studes cum datiuo est operã gnauo, vt aliquid concipiam. Persius satyra. 3. An tali studeam calamo cui verba quid istas. Sed studeo cũ accusatiuo est laboro vt aliquid efficiã. Itaq; discipulus lectionis præceptor lectionem studere debet. Persius satyra quinta. Nõ equidẽ hoc studeo bullatis vt mihi nugis. Rudiæ arũ, nomen pagi in quo Ennius natus perhibetur. Silius lib. 12. Nunc rudię solo memorabile nomen alumno. Hoc tuder tuderis nomen oppidi in Vmbria Silius libr. 6. Deuexum lateri pendet tuder atq; latinis. Sudes sudis, quinis baculus. Vergili. 7. æneid. Stipitibus duris agitur sudibusve præustis. Tudito tuditas vehementer laboro ad consequendũ lucrũ. Ennius. Nec tuditantes rem cessent extrinsecus vllã. Rudis adiectiuũ est incultus scaber vel ignarus. Ouidius. 2. de tristibus. Ennius ingenio maxim9 arte rudis. Sed hæc rudis substantiuum est virga qua emeriti gladiatores donabantur ne vlterius ad digladiandum cogi possent, & pro libertate recte sumitur. Horati9 in episto. ¶ Spectatũ satis & donatũ iam rude queris. Studeo Rudiæ. Tuder. Sudes Tudito. Rudis.

Trudes Pudet ¶ Hæc trudes trudis partica ferrata qua naues truduntur. Verg. 5. ęnei. Ferrataſq; trudes & acuta cuſpide conti. Pudet impersonale verbū satis notū sit. Persius saty. 3. Non pudet ad morem discincti viuere nate.

¶ Documentum cum differentia

Rudo, rudenſque anceps fixum tantummodo curta.

Rudo ¶ Rudo rudis est proprium asinorum quando vociferant, & priorē syllabam habet communem. Ouidius. 3. de arte. Vt rudit a scabra turpis asella mola. Persius satyra tertia. Finditur Archadię pecuaria rudere credas. Rudens Rudens etiā participium priorem variat. Vergilius septimo æneid. Vincla recusantum & sera sub nocte rudentum. Propertius. Rudentes onagros stupefactis auribus hausi. Sed hęc rudens rudentis substantiuum est funis quo vela nauium ligantur, & priorem semper corripit. Vergil. primo æneidos. Insequitur clamorque virum stridorque rudentum.
¶ Dic ergo puer. Non ego rudentes asinos vbi stringo rudentes.

¶ V, ante f, in primis.

V, super f, produc: tamen ipse rufas breuiabis.

¶ V, ante f, in primis longatur, vt rufus, rufinus, bufo &c. Vnica dictio excipitur. Rufę rufarum pagus & castellum Italię. Martia. lib. 4. Quiq; rufas batulumque tenent & proxima longo &c.

¶ V, ante g, in primis.

V, g, duc tuguri & quibus f, i, p, preit acta

Tu tamen hinc fruges, & iugera, pugio demas.

¶ V, ante g, in primis longatur, vt mugilis, lugeo, fugo &c.
¶ Excipitur primo tugurium tugurij pastoralis casula. Vergili⁹ in Bucolicis. Pauperis & tuguri congestum cespite culmen.
¶ Secundo excipiuntur habentia f, i, vel p, ante u, vt fugo fugas, fugio fugis, fuga fuge &c. Iugum, iugatus, iugo iugas &c. Pugil, pugilor, pugilaris, pugillosus &c. Hinc rursus demuntur tres dictiones in textu. Fruges. Fruges frugis quicūq; fructus esui hominum aptus. Hora. in episto. Nos numerus sumus & fruges consumere nati. Iugerum Iugerum iugeri (De quo in etherocltis abūde locut⁹ sum.) Est tantū terræ quantū par boum vno die arare potest. Baptista in Buccolicis. Iugera sat quin pampineos populeris & agros. Pugio Pugio pugionis gen⁹ gladij. Martialis in apologis. Pugio quem curuis manibus comprendere certat.

¶ Documentum.

Rugio, pugillar, pugillaris iugis anceps.

Rugio. ¶ Quatuor dictiones in textu primam syllabam habēt cōem. Rugio is. propriū est leonum vociferātium. Seduli⁹ contra Iudæos. Quid miser infandū tam falso pectore rugis. Oui. de philo. Tygres indomite raucit

rugiuntque leones. Hoc pugillar vel hic pugillaris, ferreus est stilus, quo in cera scribere solent. Iuuenalis satyra vndecima. Nec pugillare defert in balnea raucus. Prudētius in Psicomachia. Vnde pugillares soluti percurrere ceras. Iugis & hoc iuge est continuus & perseuerans. Sedulius libro primo. Et quotquot tetigere iugem sensere salutem. Idem libro secundo. Iugibus hoc votis, hoc nocte dieque precemur. Pugillar Iugis.

¶V, ante l, in primis.

V, super l, breuia: sed pulus, iulia, thule.

Buluneon, bule, iulis, vel dulia, culus.

Culeus, vligo, vel dulichium, remotamur.

Quis præit f, g, m, mulier, gula, demefulixque.

¶V, ante l, in primis corripitur: vt hulula, culex hululo &c. Excipiūtur primo vndecim dictiones in textu. Pulus & paluster satis claret: sed pullus pulla pullum, id est niger nigra nigrum, positione producitur. Statius vndecimo Thebaidos. Et titubat pullos ducens in stramine fusos. Iulius Iulia, propria sunt, quæ generaliter de quibuscunque imperatoribus, & eorum vxoribus dici possunt. Vergilius primo æneidos. Iulius a magno demissum nomen iulo. Iuuenalis satyra tertia. Quum tot abortiuis fœcundum iulia ventrem &c. Hæc thule thules, insula vltra vtramque Britanniam, quæ vltima habitabilis illic esse perhibetur. Iuuenalis satyra decimaquarta. De conducendo loquitur iam rhetore thule. Buluneon fluuius Achaię. Priscianus in perihegesi. Buluneon pariter perstringens littora currit. Hæc bule bules græca dictio, latine consilium dicitur. Seneca de Hercule furente. Multiplex illis repetita bule pectora firma. Saphicū est cum Adonio. Hæc iulis iulidis, nomen piscis exigui, qui halecis formā habet. Lucilius libro nono. Non certamen erit nobis de iulide bina. Dulia græcum nomen seruitus explicatur. Sedulius libro quarto. Vltima sydereo debetur dulia regi. Culus pars corporis satis nota. Culeus vero est sacculus testiculorum. Vergilius in Priapeis vtrumque sic extulit. Et quod nos culum culeo ille vocat. Vligo humor est terræ, cuius virtute fructus & herbæ producuntur. Vergilius secūdo Georgicorum. At quæ pinguis humus dulciq; vligine læta. Hoc duluchium dulichij, & hæc dulichia dulichiæ, insula Græciæ. Vergilius tertio æneidos. Dulichiumque sameque & neritos ardua saxis. Propertius libro secūdo. Quum tetigit charę littora dulichię. Pulus Iulius Thule Buluneō. Bule. Iulis. Dulia Culus Vligo Dulichiū.

¶Secundo excipiuntur habentia f, g, vel m, ante u, vt fuligo, gulio, mulus, mulio &c. Hinc rursus demuntur tres dictiones in textu. Mulier mulieris satis notet. Sedulius libro quinto. Quot lachrymas tot habet mulier tibi subdola fraudes. Gula immoderatus edendi vel bibēdi apetitus. Propertius. Quæ tam feruentem mitiget esca gulam. Fulix fulicis vel fulica fulicæ nomen auis marinæ. Auienus in arato. Et cum parua fulix trepido volat arua volatu. Vergilius primo Georgicorum. In sicco ludunt fulicæ notasque paludes. Mulier Gula Fulix

¶ Documentum.

Quicquid designat pulex recte variatur.

Pulex. ¶ Pulex pulicis duas habet significātias. Primo enim est bestiuncula ex putrefactione rerum, id est domibus orta; quę stratis hominum maxime insidiatur. Martialis in Apophoretis. Pulice vel si quid pulice sordidius. Ouidius de philomela. Parue pulex inimica lues & amara puellis. Secundo pulex est vermis qui herbis & pręcipue brasicicis plurimum nocet. Columela lib. iij. Paruulus aut pulex irrepens dente lacessit. Macer de virtutibus herbarum. Non metuet pulices. istoque fugantur odore.

¶ V, ante m, in primis.

V, super m, produc: humilis, humerusque, rumexque

Ac humus: & cum c, n, t, praeit as breuiabis

Sed cume, struma, & numen producere debes.

¶ V, ante m, in primis longatur: vt humor, humanus, humecto &c.

Humilis ¶ Excipiuntur primo quatuor dictiones in textu. Humilis supplex & abiectus. Vergilius in Bucolicis. Atq; humiles habitare casas & figere ceruos.

Humerus Humerus pars corporis. Vergilius secundo aeneidos. Ipse subibo humeris, nec me labor iste grauabit.

Rumex. Rumex herbę & spiculi gen⁹. De priore. Vergilius in Moreto. Foecundique rumex maluae violęque virebant. De posteriore. Lucilius satyra tertia. Tum spara tum rumices portantur tragula porro.

Humus Haec humus terra. Vergilius in Bucolicis. Qui legitis flores & humi nascentia fragra. Secundo excipiuntur habentia c, n, vel t, ante u, vt cumulus, cumulo, cumulatim &c. Numantia, numa, numisma &c. Tumultus, tumeo, tumulus &c. Hinc rursus demūtur tres dictiones in textu.

Cume Cume cumes, vel cumae cumarum oppidum Campaniae. Statius quinto syluarū. Collis ausonij pridem laris hospita cume. Vergilius sexto aeneidos. Et tandem euboicis cumarum allabitur oris.

Struma. Struma tumor qui ex putrefacto sanguine in corporibus hominum prouenit, quem qui patiuntur strumosi esse dicūtur. Iuuenalis satyra vndecima. Strumosum ac vtero pariter gibboque tumentem.

Numen iiij. Numen numinis quadrifariam sumitur. Primo enim est diuina potestas. Vergilius primo aeneidos. Musa mihi causas memora quo numine laeso. Secūdo est diuina voluntas. Vergilius secundo ęneidos. O dulcis coniux non haec sine numine diuum Eueniunt &c. Tertio est ipse deus. Vergilius quarto aeneidos. Spero equidem medijs si quid pia numina possunt. Hausurum scopulis &c. Quarto est habitus siue vestitus. Vergilius secundo aeneidos. Vadimus immixti Danais haud numine nostro.

¶ V, ante n, in primis.

Ni cuneus, druma, vel tunica, atque cuniculus, un, duc.

¶ V, ante n, in primis producitur, quod in textu notabis, per duas syllabas un. duc, vt funis, luna, munio, &c. ¶ Excipiūtur quattuor dictiões

Volucer

in textu. Cuneus id quo lignum fundimus vel translatiue militum exercitus. Vergilius.1. Geor. Nam primi cuneis scindebant fissile lignum. Lucr. libro nono. Armatos numero cuneos penetrauit inermi. Druna fluuius Britanniae. Ausoni⁹ in epygrammata. Vndiq̧ commotis sic Druna feruet aquis. Tunica vestis. Martialis lib.3. Et laxas sconbris sepe dabis tunicas. Cuniculus animal satis notum & subterraneus meatus. Martialis in xenijs. Gaudet in effossis habitare cuniculus antris. Cuneus Druna. Tunica Cuniculus

V, ante, p, in primis.

V, p, breue, vpilio, bupalus, cupaque, stupa.

Et quibus, n, p, r, preit elongare iubebis.

V, ante p, in primis breuiatur vt pupa mupuria: rupurigo &c.
Excipiuntur. Primo quatuor dictiones in textu. Vpilio vpilionis pastor apellendis ouibus sic dictus. Vergi. in buccoli. Venit & vpilio tardi venere bubulci opilio tamē recta prolatio est quam propter multas breues simul concurrentes carmen inuertis. Bupalus nomē canis boum aut vaccarum seruator explicatur. Politi de laudesci. Pastibus acceptis bupalus ad ardua scandit. Cupa magnum vas aquarum in quo mulieres lixiuiant. Lucreti. libro.4. Namq̧ ratem vacue sublentāt vndiq̧ cupæ Stupa illud est rude quod ex ligno trahitur. Manilius libro tertio. Manib⁹ abruptis subigunt ad vulnera stupas. Secundo excipiuntur habentia, n, p, vel, r, ante, u, nuper nuperus nupero &c. Pupus pupilus pupilla &c. Rupes scrupulus rupilio rupilias (id est frico) &c. Vpilio Bupalus Cupa Stupa

V, ante, r, in primis.

V, super, r, longum est, furio: furo, siue duranus.

Cum muria, & curibus, curius, nurus, atque curules.

Et durius, spurius breuia coniunge duraton.

V, ante, r, in primis producitur vt thuris iuris ruris &c.
Excipiūtur vndecim dictiões in textu. Furio furias furere siue insanire facio. Ouid. in epistol. Non satis est nostros q̄ sic furiauerit artus. Furo furis, insanio. Vergilius.1. æneí. Terram inter fluctus aperit furit est⁹ arenis. Duranus fluuius germanie. Ausoni. in epygrāma. Conturbata vadis liquidi dedit ora durani. Muria genus gari siue licaminis. Persi⁹ satyra.6. Tingat holus siccum muria vafer in calice empta. Cures curium sine singulari pagus est sabinæ. Persius saty.4. Diues arat curibus quantum nō miluus oberret. Curius rector populi Romani mire sobrietatis fuit & pro quolibet sobrio honesto & liberali recte sumi potest. Iuuenalis satyra secunda. Qui curios simulant & bacchanalia viuūt. Hæc nurus huius nurus est vxor filij mei. Proper. Conuenere nurus linguisq̧ pcacib⁹ instāt. Hic & hęc curulis & hoc curule ad romanos magistrat⁹ semper refertur & in quocūq̧ ponatꝛ gn̄e certū substātiuū vel exprimitꝛ, vel subintelligitur: vt hic curulis miles, hęc curulis sedes hoc curule subsellium. Furio Furo. Duranus Muria Cures Curius Nurus Curulis.

Statius.4.sylvarum. Exultant leges latae gaudete curules. Hora. in epist. Cuilibet hic fasces dabit eripietq; curule. Cui volet importun9 ebur &c.

Durius. Durius fluuius lusitanie in Hispania. Silius libro primo. Hinc certant pa

Spurius ctole tibi duriusq; tagusq;. Spurius qui incerto patre natus seminarius la tine explicatur quasi nil de patre preter semen generationis habeat. Au

Duraton. sonius ad vrsulum. Quinq; notas spurijs versibus apposuit. Duraton du ratonis nomen montis in lybia. Lucretius libro decimo. Talia non biju gus profert bucceta Duraton.

¶Differentia.

In certa produc, alibi breuiato curetis.

Curetis ¶Hic & haec curetis huius curetis populus crete vel sacerdos iouis pri mam producit. Vergilius.4.Geor. Curetum sonitus crepitantiaq; era se quute. Martialis libro nono. Curetes texere iouem crepitantibus armis. Sed curetis populus sapinae & item alter Dalmacie eandē corripit. Luci lius libro vndecimo. Vrbis& ingressum leti venere curetes, a cures, curiū illud deducitur. Lucan. libro quarto. Illic bellaci confisus gente curetum ¶Dic ergo puer. Quid curetis agat nescit plerumque curetis.

¶Differentia.

Verbum longabis, nomen furor abbreuiabis.

Furor. ¶Furor furaris verbum deponens est iniuste quicq̄ aufero & priorem longat. Properti. Tu quascunq; times non ego furor opes. Sed furor fu roris nomen est insania & eandem breuiat. Ouidius de arte poetica. In gens ille furor nescit habe modum.

¶Dic ergo puer. Pressit corda furor si quando numismata furor.

¶Differentia.

Nomen producam furis, verbum breuiabo.

Furis ¶Furis genitiuus a nomine fur priorem producit. Lucre. libro.7. Nec iugulum furis delata morte resoluet. Sed furis secunda persona a verbo furo eandam corripit. Oui. de trist. Quid furis o coniux non hoc tibi ta lia tēpus. Vtrūq; iam satis liquere potuit: sed pueris libenter adminicu lor. ¶Dic ergo puer. Tu nimis acre furis cum fers incommoda furis.

¶V, ante s, in primis.

V, s, duc: sed breuia frusino, atque susurro pusillus.

¶V, ante, s, in primis producitur vt pusus pusio: musa &c.

Frusino ¶Excipiuntur tres dictiones in textu. Haec frusino onis. oppidum Ita

Susurro lie. Iuuenalis satyra.3. Aut fabraterie domus aut fur sinone paratur. Su surro susurras paulatim & secrete murmuro. Hinc hic susurrus vel hoc susurrum secretū murmur. Ouid. in fastis. Auribus occulta lene susurrat apis. Persi. satyra.2. Haud cuiuis promptum est murmurq; humilesq; su

strit os. Ouid.libro septimo. Procrin adit linguaque refert audita susurra. Pusillus pusilla pusillum est paruus parua paruum. Propertius. Ingẽteis lites causa pusilla mouet.

¶V,ante t,in primis.

V,t,bina trahunt puto,vel cotis atque rutellum.

Et puta,siue frutex,putus,& muthul,aut suthul acta.

¶V,ante t,in dissyllabis longatur vt muto:vtor:brutum &c.

¶Excipiuntur octo dictiones in textu. Puto putas:cogito vel scindo. Baptist.de morte contempnẽda. Qui putat immitem nõ putat esse deũ Cutis pellis precipue hominum. Persi.saty. tertia. Ad populũ phaleras ego te intus & in cute noui. Rutellum illud est quo pauimentum in domibus raditur. Lucili.libro septimo. Quid precor inclamas faciem miserasq; rutello. Puta aduerbium qualitatis vel affirmationis est vel re ve certe. Persi.satyra.4. Hoc puta non iustum est illud male rectius istud. Frutex fruticis; tenellarum arbuscularum pluralitas. Ouid.1. Methamor. Et densi frutices & iũctæ cortice virgæ. Putus fornicator sicut puta fornicatrix. Seduli.lib.tertio.q̃ multa in nostris latitat semper puta tectis. Muthul muthulis qui mutilata confractaq; membra habet. Ouid.in fast. Cõsiste audenter quid muthul iste ferat. Suthul nomen populi qui omnia subtiliter agit. Lucre.lib.11. Non suthulis, nõ asceletis molumina pando.

Puto
Cutis
Rutellum
Puta
Frutex.
Putus
Muthul
Suthul

¶Documentum.

Tu variare muto potes,& quecunque reponit.

¶Muto mutonis virile est membrum : non autem aries castratus sicut plane indocti arbitrantur. Dicentes comedimus carnes mutoninas pro arietinas (nisi forte mentulam aliquam comederint) Hinc est mutoniatus mutoniata mutoniatum qui magnum & densum habet mutonẽ siue priapum cuius prima syllaba semper est anceps & communis. Hora. saty.2. Huic si mutonis verbis mala tanta videnti. Lucili.libr.9. Si sapis arma caue spurco vibrata mutoni. Sic Martialis de adiectiuo ait libro.3. Dormis cum pueris.mutoniatis (Phalenticum est).

Muto
Mutoniatus.

¶Differentia.

Sordes corripio,flos vel color obtraho luthum.

¶Luthum pro sorde vel palude priorem corripit & eius adiectiuũ luteus lutea luteum,id est sordidus sordida sordidum. Baptista contra impudice scribentes. Sed cadit in sordes inficiturq; luto. Idẽ de morte contẽpnenda. Qui cupis hac lutea viuere clausa domo. Sed luthum ꝓ flore quem galli pensetum vocant vel pro colore croceo priorem longat & eius adiectiuũ lutheus luthea lutheum, id est croceus & pallidus. Vergil. in bucco. Murice vel croceo mutabit vellera lutho. Persi⁹ satyra quarta

Luthum.
Luthum

Quicquid hic est surgit tacite tibi luthea pellis. ℂ Dic ergo puer. Non bene putre lutum poterit producere luthum. Idem. Cui domus est lutea pellis male luthea surgit.

ℂ Differentia.

Mobile corripiens, tu fixum protrahis vter,

Vter ℂ Vter vtra vtrum huius vtrius est quis quę quod (sed de duobus tantū querit) priorem breuiat. Lucretius libro. 5. Dic vter est melior locuples an pauper auarus. Sed vter vtris substantiuum tertij declinatus eandem longat & lagenam proprie significat. Lucilius libro vndecimo. Non sonat oppinet us quando conditur vter.

ℂ Dic ergo puer. Cerno duos sed miror vter sit plenior vter.

ℂ Differentia.

Verbum vti longo, quod vero aduerbia acto.

Vti ℂ Vti infinitiuus ab vtor vteris priorem longat. Horatius in epistolis. Quo mihi fortune si non cōceditur vti. Sed vti aduerbium (id est vt vel sicut) eandem breuiat. Idem. Ibidem. Miratur persuadet vti mercetur agellum. ℂ Dic ergo puer. Non ego porcus vti desidero pastibus vti.

ℂ V, ante t, in polissyllabis.

V, t, producunt polissyllaba. buteo, futit,

Glutio, mutuo, puteo, struthio, trutia longis.

Et iuturna simul semper coniungere debes.

ℂ V, ante t, in polissyllabis breuiatur vt puteus scutica rutilo &c.

ℂ Excipiuntur octo dictiones in textu. Buteo onis. nomen auis tres habentis testiculos. Ouid. de philome. Atque paludiferis buteo bubit aquis. (Buteo)

Futio futis diffluo reuelo & inepte loquor. Lucre lib. nono. Quid futire ausis tanto cum principe demens. Sic etiam futilis adiectiuum earū rerum quę nihil continent, nuliusque sunt vtilitatis. Manilius lib. 1. Nunq̄ futilibus excāduit ignibus aether. (Futio)

Glutio glutis est absorbeo absorbes. Cornelius de vita Alexand. Id letho dedit armigerum quod glutit in aluum. (Glutio.)

Mutuo mutuas est concedo vel accommodo. Mutuor mutuaris est cōmodatū accipio. Mutuus a. um. est alternarium. Mutuo aduerbiū alternatim &c. Martia. li. 2. Mutua quod nobis terquinquaginta dedisti. (Mutuo)

Puteo putes. est fordeo fordes. Persi. satyra. 3. Disce neque inuideas cū multa fidelia putet. (Puteo.)

Hęc struthio onis. vel hic struthius thij nomen auis & serpētis in lybia. Sedulius de sacris litteris. Nō ita iucundū componit struthia nidum (Struthio)

Trutia trutię pagus prope Romam Silius. li. 13. Trutia deducit tenuē sine nomine riuū. (Trutia.)

Iuturna nomē nymphae quae soror turni fuisse perhibetur. Ouid. in fast. Iuppiter immodico iturne victus amore. (Iuturna)

¶V,ante u,in primis.

V,super u,nudum produc:breuia comitatum.

Sed Iuuerna tamen semper producere debes.

¶V,nudum,id est sin e consonante ante u,longatur:vt vua,vuus,vueo,& cætera.Sed u,comitatum aliqua consonante super u,breuiatur: vt iuuo,pluuia,fuuamen.
¶Excipitur Iuuerna regio inter Hispaniam & Britanniam.Iuuenalis satyra tertia.Littora Iuuernę promouimus & modo captas.

¶V,ante b,in medijs.

ANte b,corripis u,medijs corruba,saluber,

Quod soluo,voluo,donant insuber,anubis,

Atque ambubaiæ semper longare iubebis.

¶V,ante b,in medijs corripitur:vt verubus,cornubus,genubus &c.Lugubris vero & delubrũ semp producũtur,quod contra meũ institutũ dico,quia certe cuiusdã blateronis traditionẽ hic sine cachinno audire nõ possum.Lucre.libro.vij.Quod dare non poteris lugubri voce rogabit. Verg.4.æneidos.Quid delubra iuuant est mollis flamma medulas.
¶Excipiuntur septem dictiones in textu. Corruba nomen herbæ. Columel.lib.9.Hulceribus diris saniẽ corruba domabit.Saluber salubris, & hoc salubre dicitur de re quæ ad sanitatem prodest,sicut est aer locus vel cibus.Ouid.iij.de arte.Vt faueas ceptis Phœbe saluber ades.Solubilis & hoc solubile quod facile soluitur.Ouid.de trist.Non ita fœmineo venit ira solubilis astu.Volubilis & hoc volubile quod facile voluitur.Hora.in episto.Labitur & labetur,in omne volubilis æuũ.Insuber fluuius longobardiæ prope Mediolanũ,a quo populi Insubres dicti sunt,Lucre.lib.9. Dispulit vndosa labens insuber & viua.Anubis quidã ęgyptiorum deus canis latine explicatur.Verg.2.Georg.Omnigenumq; deum monstra & latrator anubis.Ambubaię,iarum vocabulũ est syrum,latine tibicine interpretatur,quæ quõdam circumbaias voluptatis loca Italorum solebat modulari.Hora.saty.2.Ambubaiarum collegia pharmacopole.

Corruba. Saluber. Solubilis. Volubilis. Insuber. Anubis. Ambubaiæ.

¶Documentum.

Quæ nubo format recte variare licebit.
¶Composita a nubo u,ante b,in medijs variant:sicut innuba, pronuba connubiũ &c.De quibus satis habes in.2.lib.Regula de compositis,

¶V,ante c,in medijs.

V,c,longamus:volucer rape,bardocuculus.

¶V,ante c,in medijs longatur:vt manduco,sambuca,sambucus,&c.Excipiũtur duę dictiones in textu.Hic volucer hæc volucris & hoc volucre.

est velox & stabilis. Luca. lib. 7. Si volucer fueris poteris comprehendere prædam. De substantiuo autem volucris nihil hic dico: quia sicut frequenter iam memini liquefacta propria & duplata ad generales regulas remitto. Bardocuculus caputium est tegens collum & scapulas. Baptista in Bucolicis. Bardocuculatus caput vt campestris alauda.

Bardocuculus.

V, ante d, in medijs.

V, d, produces, nisi de breuibus pariatur.

V, ante d, in medijs producitur: vt testudo, paludo, cherudo &c. Excipiuntur composita ex primitiuis breuibus, sicut disputo, repudium, tripudium &c.

Documentum.

Recte mutabit modus erudio, vel irudo.

Erudio.

Irudo.

Duæ dictiones in textu u, ante d, in medijs variant. Erudio erudis est informo informas. Lucil. lib. 11. Erudiunt homines morata poemata vatum. Idem lib. 9. Nō bene compositos animos erudit egestas. Hęc irudo irudonis est bestia suggens sanguinem, vulgus sanguisugam appellat. Horatius de arte poetica. Nō missura cutem nisi plena cruoris irudo. Lucil. libro quinto. Non irudo tantum sumat contingere corpus.

V, ante f, in medijs.

V, super f, medijs breuia, si comperiatur.

V, ante f, in medijs corripitur: sed in sola fere compositione reperitur: vt carnuficium, lanuficium, carnuterium &c. quæ tamen multi per i, proferunt, nec penitus damno.

V, ante g, in medijs.

V, g, longabo: nisi de breuibus capiatur.

V, ante g, in medijs longatur: vt lanugo, sanguisuga &c. Excipiuntur quæ ex breuibus composita sunt sicut coniugo coniugas, coniux coniugis, coniugium coniugij &c.

V, ante l, in medijs.

V, super l, breuia: getulus, adulor, adulens.

Quis apulia, aculeolus, bethulia iunges.

Portulaca, parulis, siue peculia produc.

Et quæ dant bule, dolos, aut vlis & vlum.

Getulus.

V, super l, in medijs corripitur: vt singulus singula singulum, figulus figula figulum, singulo singulas &c. Excipiuntur primo nouem dictiones in textu. Getulus, la, lum, est aphricanus cana canū. Nam Getulia pars est Aphricę. Martialis libro. x. Tecum ego vel sicci gerula mapalia pœni,

¶ Adulor adularis, vel vt antiqui dicebant adulo adulas est blãdior blandiris. Baptista in syluis. Nescit adulari miser explaudetur ad aula. Anienus in arato. Cœrulus accedens diti loca flumine adulat. Adulens adulentis vel adulescens adulescentis est adhuc crescens qui pubertatis annis nõ excessit. Vergilius in ciri. At leuis ille deus cui semper adulescentũ. (Versus est spondaicus.) Alij autem adolens ab adoleo adoles, & adolescẽs ab adolesco adolescis secunda correpta proferre malunt, quos minime vitupero. Vergili⁹ quippe ait. 2. Georg. Ac cum prima nouis adolescit frõdibus ætas. Apulia apuliæ regio Italię. Horatius satyra quinta. Incipit ex illo montes Apulia notos. Sed appulus appula appulum (.i. natus in Apulia) mediam semper breuiat. Persius satyra prima. Nec linguæ quantum sitiat canis appula tantum. Aculeolus aculeoli diminutiuũ ab aculeo: sed pro acaliculo siue intestino quo sordes per posticum eijciuntur recte solet accipi. Martialis libro. 9. Latus aculeolus non hunc aperitur in vsum Bethulia bethulię, regionis nomen in Gallia. Baptista de exhortatione. Partibus oppositis pharetrata Bethulia currit. Portulaca nomen hærbę. Macer de virtutibus hærbarum. Andrachnes græce quæ portulaca latine. Hæc parulis parulidis tumor gingiuarum circa dentes. Ouidius in epistolis. Faucibus in mundis multa parulis erat. Peculium possessionis cumulatio, & proprie pecudum & pecuniarum. Vergilius in Buccolicis Nec spes libertatis erat, nec cura peculi. Adulor. Adulens Apulia. Aculeolus Bethulia Portulaca Parulis. Peculium

¶ Secundo excipiuntur composita a bule bules dictione græca .i. consilium, vt chærobulus, archibulus, pasibulus &c.

¶ Tertio excipiũtur composita a nomine græco dolos .i. seruus, vt philodulus, theodulus, pseudulus, pseudodulus &c.

¶ Quarto excipiuntur deriuata in ulis, vel in ulium, sicut currulis, tribulis, ebulis &c. farsulium, edulium, parotulium &c.

¶ Documentum.

Torcular, cuculus, zabulones, carmina mutant.

¶ Tres dictiones in textu mediã syllabam habent cõmunem. Torcular torcularis, prelium in quo vuę torquẽtur. Lucretius libro nono. Aspera vina nouis e torcularibus vdant. Sedulius libro. 3. Torcular accedat si vis gustare lyęum. Cuculus auis quę sua oua in alterius nidum ponit: trãslatiue vero est adulter, qui alterius vxorem subigit: est & genus capputij, & papiraceũ illud in quo aromatarij suas species vẽditas inuoluũt. Martialis in epyg. Sępe mihi libuit voces audire cuculi. Idẽ. Zabulones sunt populi apud Hebręos, quorum ductor zabulon aliquãdo dictus est: p maligno spiritu tñ id nominis in sacro eloquio plęrũq; accipitur. Prudẽti⁹ de Iudæis. In de zabulonis florentia rura peragrat. Iuuencus de euangelijs. Maxima florigero zabuloni gaudia prompsit. Torcular Cuculus zabulones

¶ V, ante m, in medijs.

V, super m, produc, mentum breuibusque relata,

Autumo, cum cucuma, columen, lucumo, cacumisque.

Irumo,crustumium,vel crustumeri,emolumentum,
Posthumus,incolumis,columella hinc demere debes.

¶V,ante m,in medijs longatur:vt legumen,acumen, argumẽtum &c.
¶Excipiuntur primo nomina in mentum,quæ a verbo secundæ coniugationis descendunt,vt documentum a doceo,nocumentum a noceo Monumentum a moneo &c.
¶Secundo excipiuntur illa quæ ex breuibus manifeste deriuantur: vt decumus a decimus contumax contumelia a tumeo &c.

Autumo. Cucuma. Columen. Lucumo. Cucumis Irumo. Crustumium. Emolumẽtum. Posthumus. Incolumis Columella

¶Tertio excipiuntur duodecim dictiones in textu. Autumo autumas est existimo siue reputo.Horatius.2.sermonum. Autumat hęc populos hæc magnos formula reges.Cucuma,illud vas est æreum in quo aquę ad quancunq; voluptatem calide conseruãtur.Martialis libro decimo. Extruxit cucumã fecit otacilius.Columen columinis cuiuslibet rei sustentaculum.Silius libro.15.Ausonij columen regni pulcherrima proles.Lucumo lucumonis populus Thuscię.Ausonius ad Theonem.Anticyrãq; bibas famij lucumonis acumen.Cucumis vel cucumer hui⁹ cucumeris legumen,ex cuius granorum tegminibus lagenę peregrinis non parum apte conficiuntur.Vergilius in coppa, Et pendet iunco ceruleus cucumis.Irumo irumas rem inhonestam & relatu indignam facio.Martialis libro.2. Quæ faciat duo sunt irumat aut futuit. Versum hunc queso honeste lector auditoribus ne aperias.Nos autem(arte sic exigente) nihil pretermittere oportet.Crustumium oppidum & fluuius Italię.Lucanus lib.2. Crustumiumq; rapax & iunctus sapis isauso. Crustumeri crustumerorũ populi Italiæ quorum oppidum crustumerum singulariter dicitur.Vergilius septimo æneidos. Ardea crustumeriq; & turrigere autũne (Spondaicus est versus sine obseruatione sinalephæ.) Emolumentum emolumenti vtilitas vel premium.Iuuenalis satyra.3.Nullus in vrbe locus nulla emolumenta laborum. Posthumus posthumi,is est qui posthumatum patrem nascitur.Verg.6.ęnei.Siluius albanũ nomen tua posthuma proles.Incolumis fortis & sanus.Hora.de arte poe.Incolumi grauitate iocũ tentauit eo q.Columella maior e duobus domini famulis.Lucil. libr.4. Lucili columella hic situs metrophones(Versus est penthameter):sed litera s,in dictione situs supprimitur.

¶V,ante n,in medijs.

V,super n,longum est,hinc albunea,albunecarque.

¶V,ante n,in medijs producitur:vt lacuna,lacunar,lecunius &c.

Albunea. Albunecar.

¶Excipiuntur duæ dictiones in textu.Albunea montis & fontis nomẽ in latio.Verg.7.æneid.Consulit albunea nemorum quę maxima sacro. Albunecar albunecaris generale nomen regum Hybernię.Baptist.de exhorta.Albunecar niueis acies superare quadrigis.

¶V,ante p,in medijs.

(Ni marsupium,arupinus:vox corripit u,p.

V, ante p, in medijs breuiatur: vt pupa, ęrupus, centurupe &c.

¶ Excipiuntur duæ dictiones in textu. Marsupium grādior pecuniaria crumena proprie mercatorum. Prudentius in psicomachia. Conspicias tineis etiam marsupia crebris. Arupinus populus Macedoniæ. Tibullus libro quarto. Testis arupinus & pauper natus in armis. Marsupiū Arupinus

¶ V, ante r, in medijs.

V, super r, produc: hinc auxurus, & amuratus,
Centurupe, ligures, lemures, biturix, camurusque,
Decurio, vel centurio, saturo, quoque vultur,
Purpura, mercurium, masurus, tugurum, saturea,
Saturius, satura, & quæ dant rio, demere debes.
Duco scaturit, vel cucurit, siue ligurit.

¶ V, ante r, in medijs longatur: vt pœnuria, æthruria, iturei, &c.

¶ Excipiuntur primo decē & octo dictiones in textu. Auxurus sine nouacula latine interpretatur; quo nomine dictus est Iuppiter in Italia qui sub forma imberbis iuuenis colebatur. Verg. 7. æneid. Circeumq; iugum quis Iuppiter auxuris aruis. Amuratus populus Hongariæ. Bapt. de exhorta. Iura dabant populis quondam fortes amurati. Centurupe oppidum Siciliç. Lucretius libro nono Centurupe magnas hinc explicat ardua vires. Ligur vel ligus huius liguris populus cuius metropolis genua nuncupatur. Papinius in syluis. Alta pharetrali ligures ad mœnia currūt Lemur lemuris malign9 est spiritus, qui nocturna fantasmata hominibus generat. Priscianus in perihegesi. Atque malos lemures quod pellit munus iaspi. Biturix biturigis, vel biturus bituri, populus Galliæ. Lucanus libro primo. Et bituris longisq; leues axones in armis. Camurus, ra, rum. Incuruus, ua, uum. Anienus in arato. Sic camurus ardet protractib9 haud tibi signis. Decurio princeps & rector decem curionum qui magistratus erant apud Romanos. Propertius. Non mihi sunt magni decurionis opes. Centurio capitaneus, qui centum milites sub se habet. Persius satyra quarta. Hic aliquis de gēte hyrcosa centurionum. Centuria vero est ipsa turba centum militum. Sidonius in tertio panegyr. Nō tibi centuria aurum populare parauit. Saturo saturas, est facio vel impleo. Verg. 1. Geor. Nec saturare fimo pingui pudeat sola neue. Hoc vultur vulturis, vulturium vulturij: & hic vultur vulturis pro eadem aue dicis, eadem etiam quantitate seruata. Tibul. Vulture plumoso cętera turba fugit. Catul. Suscitat & cano vulturium capiti. Ennius. Vulturis in syluis miserum mandabat homonem. Purpura rę preciosus pannus, quo soli imperatores & consules solebant indui. Sedulius lib. iij. Contractū rutilans occultat purpura crimen. Mercurius nomen felicis planetę & dei qui nuncius deorū esse fingitur. Perf. saty. 6. Sum tibi mercurius venio deus: huc ego vt ille Masurus vel masurius, generale nomen iurisconsultum. Persius saty. 5.

Auxurus
Amurat9.
Cēturupe
Ligur
Lemur
Biturix
Camurus
Decurio
Centurio
Saturo
Vultur
Purpura
Mercuri9
Masurus

Tuguriū. Excepto si quid masuri rubrica vetauit. Tugurium tugurij, quod per treis syllabas versus gratia in textu profero, est pastoralis casula siue domuncula. Vergilius in bucolicis. Pauperis & tuguri congestum cespite culmē.

Saturea Hæc saturea satureę sine plurali, vel hęc saturea satureorum sine singulari nomen est herbę quę tymbræ similitutudinē refert. Columella lib. xi. Et saturea thymi referens tymbræque saporem. Martialis libro tertio. Improba nec prosunt iam saturea tibi.

Saturius Saturius nomen fuit decurionis cubiculariorum domitij, sed pro quolibet magnifico & superbo recte sumitur. Martialis libro tertio. Saturiosque modos partheniosque sonas.

Satura Satura saturæ oppidum lybiæ. Lucretius libro vndecimo. Exiguam nec tu saturam aspernabere princeps. Secūdo excipiuntur verba quæ in rio exeunt & quicquid inde deriuatur: vt esurio, parturio, lecturio, luxurio, &c. Sic esuries, luxuria vel luxuries, micturio &c. Hinc tamen rursus tria demuntur.

Scaturio Scaturio scaturis abunde fluo. Prudentius de diuinis mysterijs. Petra dei iussu potum largita scaturit.

Cucurio. Cucurio cucuris propriū est cantantis galli. Ouidius de philomela. Cucurire solet gallus galina gracillat.

Ligurio Ligurio liguris est delicate & cum morositate quadam manduco: vt solent in magnis conuiuijs seniores. Horatius secundo sermonum. Tactauit calicem manibus dum furta ligurit.

¶ V, ante s, in medijs

V, super s, longum est: sed brundusium, perusinus,
Blandusia atque ebusus, vel cadusi sociando
Et canusum breuia, venusinus rite mouetur.

¶ V, ante s, in medijs producitur: vt medusa, creusa, hierusalem, &c.

Brūdusiū ¶ Excipiūtur septem dictiones in textu, quarum vltima variatur. Brundusium, brundisij appulię oppidum. Hora. saty. v. Brundusium longe finis chartęq;, vięq;.

Perusin9 Perusinus perusina perusinū est ęthruscus. sca, scum. Proper. lib. 1. Si perusina tibi patrię sunt nota sepulchra.

Blādusia. Blandusia pagus sabinorū in quo possessiones suas Horatius habebat cui ita loquitur lib. 3. carm. O fons Blandusię splendidior vitro, versus est asclepiadeus.

Ebusus Ebusus insula aphrycę. Silius lib. 3. Iamq; ebusus phœnissa mouet: mouet artabus arma.

Cadusij Cadusij populi macedonię. Prisc. in perihe. Post hos cadusij pinguissima rura colentes.

Canusiū Canusium canusij oppidum italię. Hora. saty. 5. Nam canusi lapidosus aquę non ditior vrna. Vbi apocope est canusi pro canusij, quam & in textu versus seruari volui.

Venusin9 Venusinus sina, sinum, est daunius, nia, nium: vel horatianus, horatiana, num. Nam venusia dauniorum fuit colonia in qua & horatius natus atq; cōuersatus creditur. Iuuen. saty. 1. Hæc ego non credam venusina digna lucerna. Idem. saty. 6. Malo venusinam quam te cornelia mater.

¶ V, ante t, in medijs.

V, t, longabis, nisi defruta, vel diuturnus,
Arbutus, ac callistrutia, & quę curta reponunt.

¶V,ante t,in medijs longatur,vt astutum,argutus,preputium,& omnia composita a futo futas,sicut confuto,infuto,refuto,&c.

¶Excipiuntur primo quatuor dictiones in textu. Defrutum est dulcis potus quem claretum exustum multi vocant. Propertius. Dulcia iucundus defruta pot⁹ erit. Diuturnus per quatuor syllabas est multum diuq; durans. Ouidius in ibin. Corpore lustrauit non diuturna suo: reliqua tamen composita a diu rectius producuntur: sicut diutius,diutinus,diutina,diutinum,&c. Prius namq; Verg. sic extulit in diris. Prima foret letho mihi vita diutius esset. Posterius vero Prudentius ita enunciauit in psicomachia. Defectum maculat tibi fama diutina mentem. Arbutus species arboris. Vergilius secundo georgicorum. Inseritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida, Versus est hypermeter. Callistrutia nomen herbæ. Columella libro nono. Nec callistrutiam tu de radice reuelles. Defrutũ Diuturn⁹ Arbutus Callistrutia.

¶Secundo excipiuntur quæ ex breuibus deducta sunt: vt reputo,percutio,obrutus,veluti,sicuti,&c.

¶V,ante u,in medijs.

V,super u,breuia: nec quicquam quære morandum.

¶V,ante u,in medijs semper corripitur: vt vesuuius,ianuuius,pacuuius & cætera.

¶V,in vltimis.

V Productum finis habet: nihil excipiatur.

¶V,in fine dictionis semper longatur: vt Iesu,gelu, veru, cornu, manu,quercu,&c.

¶De finalibus consonis.

B Latijs curtans: peregrinis ducere debes.

¶B,in fine dictionis latinę corripitur: ab,ob,nob, interiectio irridetis apud Plautum: Sed b,in fine dictionis peregrinæ & barbaræ semper longatur: vt iob,iacob,aminadab,&c.

¶C,in vltimis.

C,duc: nec donec rape,fac hic flexile curta.

¶C,in fine dictionis producitur: vt sic,dic,hormidac,lac.&c.

¶Excipiuntur primo duæ dictiones in textu,quę semper corripiũtur: Nec. Martia.lib.iij. Quanta nec in lybicis debuit esse iugis. Donec. Silius libro quinto. Donec abundanter diffuso sanguine late. ¶Secundo excipiuntur duæ alię dictiones in textu quæ variantur. Fac a facio imperatiuus. Ouid. primo de arte poet. Hos fac armenios,hæc danеia persis. Idem tertio lib. Mille fac esse iocos turpe est nescire puellam. Et hic pronomen. Verg. in buco. Et vitula tu dignus & hic & quisquis amores. Idẽ quarto æneid. Solus hic inflexit sensus animũq; labentem. Dico autẽ in Nec. Donec. Fac. Hic.

textu flexile, id est declinabile pronomen: quia hic aduerbiũ semper longatur. Verg. primo æneid. Posthabita coluisse samo hic illius arma. Præterea ne forte regula fallare deriuatiuorum quæ in vltimis rarenter locũ habet quanq̃ hic pronomen variatur. Eius tamẽ obliqui sicut huic hunc hanc hoc hæc hac &c. Et eius aduerbia sicut hic, istic, illic, huc, istuc, illuc, tantum producuntur quæ pueri diligenter animaduertant.

¶ D,

D, semper breuia: nec tu demenda requires.

¶ D, in fine dictionis semper corripitur: vt ad, apud, bogud, dauid, &c.

F, G, H.

F, simul h, vel g, vocalem rite sequuntur.

¶ Tres cõsonantes f, g, h, nihil habent propriæ quantitatis: sed regulas vocalium quibus proxime adhærent sequuntur: vt ah, vah, vesperuh. De f, autem & k, quod statim prętermittam, nullum arbitror posse dari exemplum, præsertim apud latinos.

¶ L,

L, breuia: sed sal, nil, sol, & hebræa morantur.

¶ L, in fine dictionis corripitur: vt animal, fel, vigil, consul, &c.

Sal. ¶ Excipiuntur primo tres dictiones in textu. Sal salis condimentũ edulliorum, vel dulcis quædam facundia. Sedulius de lectione euangelica. Virginitas nitor ardenti sapientia sal est. Nil syncopatum a nihil. Horatius in epistolis. Nil intra est oleam nil extra est in nuce duri. Nihil tamen corripitur. Verg. 2. æneid. Si nihil ex tanta superis placet vrbe relinqui. Sol solis vnus planetarum. Ouid. secundo meth. Vlterius spacium medio sol altus habebat. ¶ Secundo excipiuntur hebræa quæ in l, litteram exeunt sicut Israel, gabriel, michael, raphael, vriel, nicol, &c.

Nil

Sol.

¶ M,

M, breuiauit auus: sed nunc ellipsis ademptat.

¶ M, in fine dictionis apud antiquos breuiatur: quia nulla collisionis regula erat. Nunc vero per ellipsim colliditur, vbi quantitatis ratio potest discerni. Vergilius primo æneidos. Littora multum ille & terris iactatus & alto.

¶ N,

N, produc tamen an, in, forsan, forsitan, acta.

N, in fine dictionis producitur: vt non, dęmon, simon, &c.

Tamen ¶ Excipiuntur quinq; dictiones in textu. Tamen coniunctio satis nota

An. Ouidius in episto. Nil mihi rescribas attamen ipse veni. An interrogantis

In. aduerbium sicut vtrum. Pers. sat. 1. Naribus indulges an erit qui velle recuset. In, præpositio satis nota. Sedulius libro. iiij. Quisquis morboso

(vt tam rege) degis in euo. Forsan forsitan dubitationis aduerbia. Vergilius.i.æneid. Mittite forsan & hæc olim meminisse iuuabit. Baptista. i. Parthenices Marianę. Forsitan & nostro letabitur aphrica nexu. Forsan. Forsitan.

Documentum.

Quando, ne, quesitum finis capit est breuiandum.

Particula ne, interrogatiue accepta eleganter in fine dictionis cōponitur, tunc autē illud n, in quod dictio terminatur, debet semper breuiari: vt viden. i. vides ne, audin. i. audis ne, vin. i. vis ne: sic men, ten, min, saluan, &c. Vergilius. 6. æneidos Educet viden, & geminæ stant vertice cristæ. Luci. lib. ix. Audin ab extremo quantum tibi murmuret aure.

Differentia.

Quod dat inis nomen breuia secus est remorandum.

Nomen tertij declinatus terminatum in n, litteram, si habeat genitiuum in inis, vltimam corripit: vt crimen, numen, flamen &c. Sed si aliter habeat vltimam semper longat: vt titan, pean, delphin, eleusin, ren, lien, dæmon, canon, &c. Mani. libro quarto. Crimen vbiq; frequens & laudi noxia iuncta est. Iuuenalis satyra quinta. Nullum nomen habes si sit prudentia verum. Lucretius libro nono. Sume precor titan, & nos his eripe flammis. Ouidius in fastis. Pean ipse tuas onerabo lancibus aras. De his autem quæ in on, exeunt, maxima inter grammaticos est controuersia: quibus relictis omnibus, doctissimos imitare poetas, qui semper illa producunt. Vergilius namq; in primo æneidos ait. Sarpedō vbi tot. symois correpta sub vndis. Sic Ouidius. 3. Methamorphoseos. Acteon ego sum dominum cognoscite vestrū. Sic & Horatius in arte poetica. Per fidus ixion Io vaga tristis orestes. Hęc ego contra meam consuetudinem prolixiusculę muniui, quia in hanc regulam tot latratus canum insultare audias, vt vix illorum dentes euadere possis.

Documentum.

On ternæ patriumq; moror, sed curto secundæ.

Huius documēti tres sunt partes. Prima est. Nomen in on, tertię declinationis vltimam longat, vt elycon, eropiron, ciceron &c. De quibus iā satis dictū. Secunda est. Omnis pluralis genitiuus græcus in on, quotæcūq; sit declinationis vltimam producit: vt cimerion pro cimeriorum epygrammaton, poematon, bacchanalion &c. Tibullus lib. 4. Cymmerion etiam obscuras accessit ad oras. Tertia. Nomen in on, secundi declinatus vltimam corripit: vt glycerion, ilion, philorchion &c.

Differentia.

Quartus in n, rectum sequitur quem rite notato.

Accusatiuꝰ qui ī n, litterā exit nominatiui quātitatē retinet Nā menelaon, orpheō, ibin &c. vltimā breuiāt: quia menelaus, orpheꝰ (sine diphthōgo) & ibis vltimā corripiūt. Itē anchisē, ęneā, penelopē vltimā lō

gant: quia anchises, æneas, penelope eandem producunt, quæ vna praece ptio accuratissime practicanda est.

¶P.

P, fini si quando datur tantum remoretur.

¶P, in fine dictionis producitur: vt volup, id est voluptas. Enni⁹ apud Aulum Gelium libro duodecimo. Quo cũ multa volup ac gaudia clãq; palamq;. Ioseph. Prudẽtius de virginitate. Hic erat & formosus Ioseph omnibus horis.

¶R.

R, breuia lar, far, par, nar, fur, cur, quod in eris,

Dat patrio, ac æther, aer, & iber, remorantur.

¶R, in fine dictionis corripitur: vt calcar, mulier, martyr, soror, murmur, loquor &c. ¶Excipiũtur primo sex dictiones in textu. Lar. Lar laris familiaris deus. Ouidius quinto fastorũ. Exagitãt & lar & turba Diana fures. Far. Far faris. Ouidius primo fastorum. Far erat & puri lucida mica salis. Par. Par paris siue adiectiuum siue substãtiuum. Lucretius in primo. Hęc soliti sumus vt par est euenta vocare. Nar. Nar naris fluuius Italię. Vergilius septimo æneidos. Sulphurea nar albus aqua fontesq; velini. Fur. Fur furis. Persius satyra prima. Fures ait pedio pedius quid crimina rasis. Cur. Cur. Baptista de morte contempnenda. Cur ita degeneras vt ames mortalia tãtũ? ¶Secũdo excipiuntur nomina in er, quę genitiuum in eris penultima longa terminant: vt ver veris, crater crateris, sother sotheris, panther pãtheris &c. ¶Tertio excipiũtur tres dictiones in textu, quæ licet genitiuum in eris, penultima breui terminant, vltimam tamẽ nominatiui more aliorũ producunt. Aether. Aether ætheris, cœlũ vel splendor. Vergilius sexto Aeneidos. Largior hic campos æther & lumine vestit. Aer. Aer aeris vnum est quattuor elementorum. Lucretius libro quinto. Inde mare, inde aer, inde æther ignifer ipse. Iber. Iber iberis, populus Hispaniæ. Item alius Armeniæ. Lucanus libro sexto. Si tibi durus iber aut si tibi terga dedisset.

¶Documentum.

Celtiber & quæ par componit, corq; sit anceps.

¶Duę dictiones in textu & composita a nomine par vltimam syllabã habẽt communem. Celtiber. Celtiber celtiberis populus partim gallus partim hispanus. Sedulius libro quinto. Celtiber istis riguit sub annis marte cruẽto. (Saphicum est cũ a donio.) Martialis libro decimo. Ducit ad auriferas q; me salo celtiber aras. Cor. Cor cordis. Ouidius in epistolis. Molle meũ leuibus cor est violabile telis. Idem in primo de pontho. Confiteor misero molle cor esse mihi. Composita autem a nomine par sunt dispar, impar, compar, & similia. Ouidius namq; de pontho ait. Hei mihi q̃ dispar est locus ille geris. Anienus vero cõtradixit. Dispar erat fragili & solidũ

concordia motus. Item Horatius libro secundo. Ludere par impar equitare in arundine longa. Cōtra vero Ausonius de numero ternario. Tris primus par impar habet mediumque sed ipse.

¶As.

As longum est, dant rectus adis, quartus quoque ternæ.
Pluralis rapitur, quibus anceps helias addam.

¶As, in fine dictionis producitur, vt amas, virgas, veritas, doceas, legas, audias &c. ¶Excipiūtur primo nominatiui tertię declinationis quorū genitiui in adis vel in ados terminatur, vt pallas, archas, menas, pythias, adis vel ados &c. Secundo excipiuntur accusatiui plurales tertij declinatus, vt hos demonas, canonas, archadas: sic has lampadas, aonas, heliconidas &c. Vbi pueris in mentem retorquebis quod omne nomen appellatiuum tertię declinationis habet accusatiuum singularem in em, & in a, mittit quartum pluralem in es, & in as, quod quidē as semper breuiatur. Verg. in Buc. Aonas in montes vt duxerit vna sororum. Idem. Permixtos heroas & ipse videbitur illis &c. Tertio excipitur nomen Helias heliæ, cuius vltima variatur. Sedulius de prophetis. Helias alto tribuit crematam acre vestem, Saphicum est cum adonio, Ausonius ad omnipotentem deum. Helias & solido cum corpore peruius Enoch. As. Helias.

¶Es.

Es produc neutrum, tantum penes inquies acta.

¶Es in fine dictionis producitur, vt species, ames, toties, parentes &c. ¶Excipiuntur primo nomina in es, quę sunt generis neutrius tantū sicut catoethes, hyppomanes, circytes &c. Iuuena. saty. vij. Tenet insanabile multos. Scribendi cacoethes, & egro in corde senescit. ¶Secundo excipiuntur duæ dictiones in textu. Penes præpositio planā rei potentiam denotans. Horatius de arte. Quem penes arbitriū est & vis & norma loquendi. Inquies inquietis adiectiuum, id est sine quiete. Prudentius de Iudæis. Quo fugias recutita cohors eris inquies erro. Es. Penes.

¶Documentum.

Pes cum compositis statuas vt carmina poscunt.

¶Pes & eius composita variantur: sicut tripes, quadrupes, sonipes &c. Proper. lib. 2. Quę nonq̄ supra pes inimicus erat. Corne. de vita Alexan. Ille mihi pes erat quem deturbauerat ensis. Horat. saty. 3. Omnia magna loquens modo sit mihi mensa tripes & concha salis puri &c. Ausonius de ternario numero. Qui bipes & quadrupes foret & tripes oīa solus. Pes.

¶Differentia.

Sum dat es arctandum, sed edo dabit es remorandum.

¶Es a verbo sum tā in simplici q̄ in cōposito breuiatur, sicut ades, potes, dees &c. Ouid. 1. Metha. Quisquis es hoc poteris mecum consistere Es.

saxo. Verg. in Buco. Huc ades o Galathea quis est nam ludus in vndis. Sedulius libro quarto. Non potes ętheream fletu peruertere mentem. Sed es ab edo tam in simplici quam in composito longatur: sicut comes, ambes, obes &c. Lucil. lib. vndecimo. Es animos hominū nimis atrocissime liuor. Ouid. in epist. Ambes incertis quemque maligne dolis.

¶ Documentum.

Græcum quod crescit pluraliter est breuiandum.

¶ Nomen græcum tertiæ declinationis quamcunque terminationem habeat in nominatiuo modo genitiuus singularis crescat es, in plurali corripitur. Titanes, delphines, lichenes, dęmones: & ita de cęteris pradicando per singulas terminationes tertij declinatus. Si vero tale græcum nomen non crescit in genitiuo singulari, es in plurali producitur: vt syrtes, gades, alpes, carybdes &c. Luci. lib. quarto. Quid facerem Infelix cerlum titanes habebant. Verg. octauo æneidos. Quid syrtes aut scilla mihi quid vasta carybdis; Profuit &c. Tu regulam hanc fac studiose examines non parum enim frugis parturit.

¶ Differentia.

Es ternæ rape, si patrio penultima curta est.

Inde ceres, aries, paries, abies, remouentur.

¶ Rectus in es tertię declinationis cuius genitiuus singularis penultimā corripit, breuiatur, vt trames, miles, interpres &c. Vbi vero penultima genitiui producitur rectus etiam longatur: vt tapes tapetis, dares daretis, chremes chremetis &c. Quatuor tamen dictiones in textu excipiuntur a priori parte regulæ. Es enim productum habent, q̄q̄ penultima genitiui breuiatur. Ceres cereris dea frumenti, vel ipsum frumētum. Verg. secundo æneid. Flaua Ceres alto ne quicq̄ spectat olympo. Aries masculus ouium. Lucanus libro quarto. Extruitur quod nō aries expellere possit. Paries murus. Vergilius de iocis. Quam fixam paries illos seruabat in vsus. Abies arbor, ex cuius ligno naues optimæ fiunt, sapinum vocant. Verg. in Buco. Populus in syluis, abies in montibus altis.

Ceres. Aries Paries Abies

¶ Is.

Is rape, sed nomen dans itis, & inis, & entis,

Plurales casus verbum quod protrahit itis,

Glis, & vis cum compositis longare iubebo.

¶ Is in fine dictionis corripitur: vt virginis, matris, humilis, oratis, legis &c. Excipiūtur primo nomina quę genitiuū in tis, inis, vel entis, mittūt, vt dis ditis, lis litis, quiris quiritis &c. Delphis delphinis, eleusis eusinis, salamis salaminis &c. Symois simoentis, pyrois pyroentis, anijs, anientis & cætera. Secundo excipiuntur casus plurales quicunq; in is exeunt nominatiuus, sicut alapis, sardis, syrtis &c. Datiuus vel ablatiuus, sicut bo-

nis pueris viris &c. Accusatiuus sicut omneis, treis, plureis &c. ¶ Tertio excipiuntur verba secundæ persone singularis numeri quorum secunde pluralis terminatur in tris: longum, vt audis: venis: dormis: sis: velis: dederis &c. Ouidius. i. fasto. Da mihi te placidum dederis in carmina vires.

¶ Quarto excipiuntur glis & vis: quocunque modo sumantur. Glis quidem siue gliris: siue glissis: siue glitis: in genitiuo habeat. Vis vero siue nomen siue verbum fuerit & composita vt quis quis, quantumuis &c. Ouidius nono Methamor. Vis ea si verbi est cur non ego vefouis ædem. Hora. in epist. Non cuiuis homini contingit adire corynthum. Glis. Vis.

¶ Differentia.

Quis primi numeri breuio, produco secundi.

¶ Quis nominatiuus singularis corripitur. Persius satyra prima, Quis populi sermo est quis enim nisi carmina molli. Sed quis datiuus vel ablatiuus pluralis producitur. Vergilius. i. æneid. Quis ante ora patrum troiæ sub mœnibus altis. Dic ergo puer. Quisquis es attende spectes quis vtere vescis Quis.

¶ Differentia.

Oceani vario tantum, eacide tethys acto.

¶ Tethys tethyos: vxor oceani variatur. Verg. i. Georgi. Teque sibi generum tethys emat omnibus vndis. Ouidius. 5. fasto. Tethys & extremo sæpe recepta loco est. Sed tethys tethydis mater eacide siue achillis tantum corripitur. Papinius. i. achil. Iam dudum tacito lustrat tethys omnia visu Tethys. Tethys.

¶ Dic ergo puer. Quem tethys enixa est tethys ad prelia vexit.

¶ Os.

Os longum est patrium breui a, de hinc compos & impos.

¶ Os in fine dictionis longatur vt pueros nepos, sacerdos &c.

¶ Excipiuntur primo genitiui quotecunque declinationis qui in os exeunt vt thydeos, orpheos, protheos &c. Lampados, pallados, tethyos, sotheros Os.

¶ Secundo excipiuntur duo nomina in textu. Compos compotis qui quod vult quod potest. Oui. de arte poetica. Insequere & voti postmodo compos eris. Impos impotis qui quod vult non potest. Tibullus. Nil mirare sui funditus impos erat. Compos Impos

¶ Differentia.

Os oris longant, sed os ossis carmina curtant.

¶ Os oris longatur. Vergilius. i. æneidos. Os humerosque deo similis namque ipsa decoram. Sed os ossis breuiatur. Sedulius de creatione hominum. Illud os: ex nostris iam prodijt ossibus inquit. Os.

¶ Dic ergo puer. Frangat os ossis ne tibi: si quando os impia dicat.

¶ Differentia.

(Ni patrius dabit, o,) rectos breuiabo secunde.

¶ Nominatiuus graecus in os, secunde declinationis habens genitiuum in i, breuiatur vt logos: melos: othos: chaos, & plurima insularum nomina, sicut samos: lesbos: rhodos: delos &c.
¶ Sed graecum in os, cuius genitiuus in o, terminatur debet produci. vt androgeos: apollos: cos: nicoleos: demoleos &c. Ausonius in epygrãmatis. Fac melos argutum nostras demulceat aures. Vergilius, secundo eneidos. Androgeo offert nobis socia agmina credens.

¶ Vs.

Vs, breuis, nisi primi recti nomina quarte.

Et patrius terne monosyllaba voxque vocans u,

Dans: odis, vris, & vtis, & ontis, ab esto.

¶ Vs, in fine dictionis corripitur vt deus: meus: corpus: intuitus &c.
¶ Excipiuntur primo nomina quarte declinationis in omni casu praeter q̃ in primis rectis, id est nominatiuo & vocatiuo singularib⁹ qui breuiantur, vt huius manus he manus: has manus o manus. sic visus: auditus tribus pinus &c.
¶ Secundo excipiuntur genitiui graeci tertię declinationis vt huius didus, manthus, alectus, saphus &c. A nominatiuis dido mantho alecto sapho. Verg. viij. aeneid. Fatidice manthus & tusci filius annis.
¶ Tertio excipiuntur dictiones monosyllabe vt grus, mus, sus, ius, rus, thus. ¶ Quarto excipitur vocans u. i. nomen in us: cuius vocatiuus in u: terminatur. vt hic panthus o pantu. hic therodamus o therodamu. hic Iesus o Iesu.
¶ Quinto excipiuntur nomina quae mittunt suos genitiuos in vnã istarum quinq₃ terminationum quae in textu habentur. In odis: vt trib⁹ melampus oedipus &c. In vris: vt tellus & monosyllaba multa. In udis, vt palus fuscus incus &c. In vtis, vt salus virtus iuuentus &c. In ontis: vt amathus: opus cerasus &c. Vergilius decimo aeneidos. Est amathus est celsa mihi paphos atque cythera.

¶ T.

T, breuia quod nonnunquam tibi syncopa mutat.

¶ T, in fine dictiõis breuiatur. vt caput amat legit &c. ¶ In verbis tñ syncopatis, sicut audit pro audiuit, interijt, pro interiuit, obijt ꝑ obiuit &c. variatur. Lucilius libro. iij. Hoc audit hoc vidit amans quodcũq₃ tulit sibi. Vergilius. ix. ęneid. Audijt & coeli genitor de parte serena. Corne. de vita Alexan. Interit heu sera est quam fert medicina Palemon. Ouid. iij. Metha. Interijt at vos pro fama vincite vestra. Proper. Iamq₃ obit in vestras cum gressus poneret ędes. Oui. iiij. fast. Nox obijt oriturq₃ aurora palilia poscor &c. ¶ Hęc sunt Cãdide lector quę in artem versificatoriã dicenda censui. Viue vale si quid nouisti rectius istis. Candidus imperti si non his vtere mecũ, quia, Nec tardum operior; nec pręcedẽtibus insto.

¶Petri Pontani Cæci Brugensis, Perbreue Opusculum De accentibus ecclesiasticis, Ab asinorum vulgo turpiter, Vbiqȝ deprauatis.

¶Diuersitas.



Ccentus vocū quis ecclesia mutat
Quos patrio de more, aliis proponere stultum est.

¶Primū huius opusculi documētū est: tot cōcinendi & pronūciandi esse modos quot ecclesię & cōmunicantes cantantiū existunt. Suo quisqȝ enī ritu vti gaudet. Propterea nō modo ridiculum: sed etiā grauiter improbandum sese ille exhibet: qui toti mūdo regulas accentuum sue dumtaxat patrię proponit quod author doctrinalis fecisse creditur.

¶Nos itaqȝ regulas accentuum docemus non proletarias, quidem quales grammaticorum vulgus vbiqȝ effutit. Sed per q̄ raras & autenticas quales doctissimi viri, Priscianum dico, Ciceronem Gellium & Quinlianum, approbare solēt. ¶Est autē accētus vocis ꝓprietas qua syllaba eleuari vel deprimi vel in medio circunferri debet. Et dicitur ab accino accinis accinui: accentum accentu, id est modulor & canto. Diffinitio accentus.

¶Consilium.

In multis fatuum modulandi despice morem.
Quem sophiæ damnanda nimis pœnuria fecit.

¶Peritorum omnium est consilium vt quicquid asinorū vulgus in tēplis rudat sapientum regulas semper obserues: vt maria media breui. Iacob⁹ penultima lōga euāgelij p quiqȝ syllabas penulti. correpta ꝓferas. ¶Nec vero imperitorū obduratā consuetudinē pertimescas q̄q̄ a iunioribus doceri senes dedignātur. quia (vt hic grāmaticis theologiser). Augustinus lib. ij. de vnico baptismo ait. & habetur in decretis dist. viij. Veritate manifesta: cōsuetudo cedat veritati. Plane quis dubitet veritati manifeste cōsuetudinem cedere & paulo post. Nemo cōsuetudinē ra-

tioni & veritati preponat. Quia cõsuetudinem ratio & veritas semper excludit. Et rursus in lib. de baptismo paruulorum & allegatur in decretis distin. 8. Qui contempta veritate presumit cõsuetudinem sequi aut circa fratres inuidus est & malignus: quibus veritas reuelatur, aut circa deum ingratus est. Inspiratione cuius ecclesia eius instruitur. Nam dominus in euangelio. Ego sum inquit veritas (non dixit ego sum consuetudo) Itaq; veritate manifesta cedat consuetudo veritati.

¶ Ordo.

Nec græci, latisque, tono modulantur eodem.
Gratias vix millena refert tibi pagina leges.
Nos autem denis sapienter Pandere normis
Instruimus, quas deinde locis remouenda sequuntur.

¶ Ridenda mihi omnino videtur illorum traditio (doctiorũ opinione salua) qui latina vocabula græco accẽtu proferri debere precipiunt. Tũ quia longe alios accentus atq; nos greci habẽt. Tum quia infinitas accentuum regulas illi tradũt. Nos autem tantum decem vtimur quas ordine subiecto videbis. Adiunctis vnicuiq; quas habet limitationibus.

¶ Accentus tres.

Tollit acutus, ad ima grauis premit, extat vtroque.
Quem circunflectunt tribus his ecclesia gaudet.

¶ De accentuum numero & nominibus inter grãmaticos magna discẽptatio est. Sed ego litteratis viris imitatiõe dignis. Tres tantum placuisse concipio (Qui sunt). ¶ Acutus: quo syllaba voce extollitur. vt manus tue domine fecerũt me. ¶ Grauis: quo syllaba voce deprimitur. vt tedet animam meam vite meæ. Dimittam aduersum me eloquium meum. ¶ Circũflexus: quo syllaba voce partim extollitur partimq; deprimitur Vt & sic repẽte precipitas me. Plures autem vel in quotidianis sermonibus vel in forensibus causis possunt attendi. Sed hoc in opusculo tãtum loquor de his qui ritum spectãt ecclesiasticum: quia (vtinam bone Iesu) eam sacerdotes curam in psalmis lectiõibus & euangelijs propter te adhiberent quam causidici forẽsesq; tabulæ suis sermonibus tegnis & astutijs phalerandis propter pecuniam adhibere conspiciuntur.

Acutus. Grauis. Circunflexus.

¶ Prima accentuum regula.

Longa tibi circunflecti monosyllaba debent.
Quæ breuias acuenda tene, quanquam est posituræ.
Multa tamen varie duplex acceptio profert.

¶ Huius primæ regulæ tria sunt puncta. Primum est. Monosyllaba dictio naturaliter longa circumflexum habet accentum: sicut me, te, se, nos vos, dos, sto, stas, sta, do, das, da, &c.

¶ Secundum est. Monosyllaba dictio naturaliter breuis, licet etiam positione longetur, acutum habet accentum, vt an, in, per, es &c. Item nux nix, fax, sunt &c.

¶ Tertium est. Plereq; sunt dictiones que vario modo sumuntur & ita diuersum sortiuntur accentum. Nam es ab edo, quia producitur accentum habet circunflexũ. Sed es a sum quia bereuiatur accentum habet acutum. Sic de os ossis, & os oris compiusculisq; alijs fac studiose practices.

¶ Secunda accentuum regula.

Hanc in duplicibus quæ sola est longa priorem
Circunflecte canens alia acuisse iuberis.

¶ Huius secundæ regulæ duo sunt puncta. Vnum est. Dissyllaba dictio cuius prior tantum syllaba producitur circunflexum habet accentum in illa syllaba priori: vt panis pascit corpus &c. ¶ Alterum est. Dissyllaba dictio cuius non sola prior longatur, accentum in priore habet acutum: vt si ambę sint longę, sicut iussus, prudens, audis: vel si ambę sint breues sicut caput, deus, amat &c. Vel si prior est correpta, & posterior longa: sicut pios, boni, amant. Itaq; trib⁹ modis punctũ hoc posterius cõtingit.

¶ Tertia accentuum regula.

Multi fide voci quoties penultima curta est.
Præcedentem acuo, non curans quanta locetur.
Cum suprema breuis est & penultima longa.
Hanc circunflecto longam, si protrahis ambas
Ipsum hanc exacuo, velut exitialis amico
Longum acues semper positum penultima quem dat.

¶ Huius tertiæ regulę tria sunt puncta. Primum est. Dictio polissyllaba, id est habens plures quam duas syllabas: si penultimam corripit accentũ habet acutum in antepenultima siue breuis siue longa illa fuerit: vt domine conditor adiuua. ¶ Secundum. Polissylla dictio cuius penultima producitur & vltima breuiatur, accentum habet circunflexum in illa penultima: vt exitialis tyrannus maledicetur: sed si tam penultima quã vltima lõgatur, acutum habet accẽtum etiam in penultima: vt amico fideli conspiras. ¶ Tertium. Penultima dictionis polissyllabę, quæ producitur positione accentum habet acutum, non curando quanta sit vltima, quia accentus circunflexus soli syllabæ naturaliter productæ debetur, vt bellantes ardenter insector &c.

¶ Quarta & quinta accentuum regula.

Accentum longum vox sustentata recludit.

Sed breuis oppressa dicentis voce notatur.

¶ Vbi longus vbive breuis sit accentus ex vocis moderatione dignoscit. Nam inter canendum, legendum, vel loquendum syllaba longa voce eleuatur, breuis vero deprimitur. Sicut eñ ridiculus est qui adiectiua in tiuus penultima breui pronũciat, vt nominatiuus, genitiuus, indicatiuus, imperatiuus &c. Ita vituperio dignus est, qui maria, sophia, phegia &c. penultima longa profert. Tu de alijs infinitis similiter practica.

¶ Sexta regula.

Partes recta duas vna sibi copulat hyphen.

¶ Quando est dictio composita quæ oratio esse videri potest, accentus in priore parte compositionis faciendus est, non curando de quantitate posterioris partis: alias enim sæpe putaretur esse oratio vbi est sola dictio, vt retrorsum, seorsum, deorsum, simulac, quãdoquidem &c. Est autem tunc figura quæ græce hyphen, tis, latine vnio vnionis dicitur: quia duę dictiones simul vniuntur

¶ Septima regula.

Sensum vt distinguas particula diastola seruit.

¶ Quando dictiones alicuius orationis tanta sunt vicinitate in sono vt vnicum vocabulum cõflare videantur inter eas aliqua certa pausa facienda est, vt oratio & nõ sola dictio esse declaretur, vt Kyrie eleyson, Nam Kyrie, est domine, Eleyson, miserere, sic Allelu, ya. Nam allelu, est laudare, ya, dominũ. Rursus Osian nna, quia osian, est obsecro, nna, deus salua. Tunc autem figura est quæ græce diastole vel diastola, latine distinctio vel diuisio dicitur, quam, vtinã pie Iesu nostri sacerdotes studiose obseruarent, Non eñ tot & tanta passim in templis scandala seminarẽtur.

¶ Octaua regula.

Vocalem ablatam de fine apostrophus indit.

¶ Vbi inter legendum vel cõcinendum vocalis vel m, frequenter occurrit vocalis nõnunq̃ de fine dictionis vocalẽ ipse son9 offert & gręce apostrophus, latine colisio dr̃. De qua in primo lib. satis superq; dictũ est.

¶ Nona & decima accentuum regula.

Vocem humilem phile profert quam dasia tollit.

Phile. ¶ Phile philes accentus est, quo dictiones prolatu facili & sine stridore vocis proferuntur. Vt deus meus adiuua me. Interpretatur autem latine depressio vel moderatio. Sed dasia est accentus quo dictiones pro difficili & cum magno irridore vocis pronunciantur: sicut fit in his quę per r, vel h, scribuntur: vt honorem, homo, rigorosus, hamat. Explicatur autem latine eleuatio.

Dasia.

¶Exceptiones septem a dictis.

Si differt, dubitat, cogit, transuertitur, orat,

Syncopat, eloquitur, concentum dictio mutat.

¶ Septem sunt modi quibus accentum regulæ infringuntur.
¶ Primus est. Causa distinctionis. Nam si barbara barbare declinantur, accentum habent in fine acutum: vt Adam, Abel, Noe: si vero latine inflectantur, regulas latinorum seruant: vt Adamus, Abelus, Noeus, &c.
¶ Secundus est. Causa dubitationis aut admirationis. quando in neutrā partem deflectenda est oratio: vt Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco, quod imperiti quęsitiue legunt, cum beata virgo angelo firmiter credens, neq; interrogatiue neq; dubitatiue: sed multum admiratiue loquatur. Itaque accentus in fine orationis suspendendus est.
¶ Tertius est. Causa congregationis: quando tam prolixa est clausula, vt vno spiritu nequeat pronuntiari. Tunc enim alicubi sæpe respirare cogimur. vbi debitus accentus esse nō potest. Exempla passim tibi in scripturis occurrent.
¶ Quartus est. Causa transpositionis, quando prępositio proprium relinquit officium: sicut vbi præpositio postponitur suo casuali: vt Te penes, Italiam contra, capulo tenus, &c. Vel vbi sine casu suo aduerbiascit. Vt prope est dominus omnibus inuocantibus eū. Iustus est dominus his qui tribulato sunt corde &c. Item vbi pro sola voce nomen efficitur: vt apud est prępositio. Ante regit accusatiuum &c. In talibus enim locutionibus accentum habet in fine acutum. Alias vero in fronte grauem.
¶ Quintus est. Causa interrogationis, quia omnis interrogatio finem dictionis acuit atq; eleuat: vt Quē dicunt homines esse filium hominis?
¶ Sextus est. Causa syncopationis, quia qualitercunq; syllaba profertur in dictione integra taliter proferri debet in dictione syncopata: vt quia olim nostratis, vestratis, cuiatis, mediam acuebant: nunc syncopata nostra, vestras, & cuias posteriorem acuunt: sic est de vocatiuis in i, vt Vergili, Mercuri, & de plerisque aduerbijs, vt abhinc, exin. Idem de verbis: vt audit pro audiuit, nosti pro nouisti dicendum est.
¶ Septimus est. Causa eloquutionis, quia quot sunt ydiomata, tot modi accentuandi. Propterea quascunque accentuum regulas vel ex me vel ex alijs concipias, morem tuæ nationis obserua. Dummodo latinæ linguæ decorum & integritatem custodias.

¶Documentum.

Cum duo signantur minus est commune acuendum.

¶ Quoties dictio sub duabus orationis partibus cōtinetur, sub vna quidem pro significatione magis nota & communi, sub altera vero pro significatione minus cognita minusq; vulgari: tunc id quod minus cōmune est accentū habet in fine acutū, quod vero magis vulgatū est ad generales regulas refert: vt ergo ꝓ causa, vna. i. simul, secus. i. aliter vel prope.

pone.i.retro. Alias pro aliter, vel alio tēpore, circum id est circulariter, secundum, id est ad, vel prope, & similia, accentu acuto in fine proferū- tur: quia minus cōmunia sunt q̄ hæc, ergo coniunctio, vnus vna vnū, cæ- cus cæca cæcum, pono ponis, alius alia aliud, circus circi, secundus secun- da secundum. Pleraq; sunt alia quę diligens lector facile practicabit.

Documentum.

Quæ sociant aut inclinant peruertere possunt.

Dictio sociatiua (vt cum) & inclinatiua siue incletica: vt q;, ve, ne, accē- tu acuto profertur: vt mecum, tecum, secum, nobiscum, vobiscum. Igna- ri hominumq; locorumq;. Querunt lemuresve, deosve. Qui teneant ho minesne, ferene. q; si hę dictiones aliter vsq̄ sumatur generalem seruant regulam, vt cum aduerbiū pro quādo vel coniūctio pro quia aut postq̄: sic quæ nomen, ve interiectio, ne aduerbium.

Documentum.

Si græcum græce referat sonitum retinebit.

Quemadmodum dicere memini longe alia est græcorum q̄ latinorū accētuum ratio. Proinde si græca vocabula græcanice proferre volue- ris, græcas obseruato regulas. Si vero latine pronūciare malueris (optio enim tibi datur) latinas consulito normas: vt in his & similibus, symois, pyrois, opois, serpedon, tercon, agamenon &c. In quibus non nisi volū- tarium apud nos accentum esse arbitror.

Regula de ecclesiasticis punctis.

Vocem virga iuuat, suspendunt commata sensum.

Quem colon complet: quem pulchra parentesis arctat.

Leniter absq; tono, sed acutum questio tollit.

Punctum est quod & pronunciati vocem adiuuat & auscultanti in- tellectum manifestat. Hinc est illud Ausonij in epygrammatis. Distinctio sensum auget, & ignauis dant interualla vigorem. Sunt autem ecclesia- stica puncta quinque, scilicet, Virgula, Comma, Colon, parentesis, & in- terrogatio.

Virgula. Virgula est punctū quo vox adiuuatur in loco vbi non est sensus, sed tantum quædam sententiæ apparentia.

Comma. Comma est punctum quo denotatur sententia dependens tamen ex sequenti.

Colon. Colon est punctum quo sententia omnino esse perfecta declaratur.

vt Homo natus de muliere virgula/breui viuens tempore comma: replettur multis miserijs colon.

¶ Parentesis(vero est pũctum quo aliquid inter clausulas venuste interponitur quod sententiam neq; perficit neq; corrumpit: vt si gloriari oportet (non expedit quidem) libenter gloriabor in infirmitatibus meis, &c. vbi clausula (nõ expedit quidem) parentesis est & sine manifesto vocis tono debet exprimi. Parẽtesis

¶ Sed interrogatio: est punctum quo omnis dictio in fine eleuata acuitur: vt quis est iste rex gloriæ? Quid prodest homini si mundum vniuersum lucretur: animæ vero suæ detrimentum patiatur? Hæc sunt quæ in artem versificatoriam & accentuum doctrinam: immo in nostræ artis grammaticę partem tertiam & postremam dicenda censui. Interrogatio

Τέλος.

¶ In te IESV spes mea recumbit.

¶ Habes candide lector sane breuissimum, sed optimę frugis opusculum Petri Pontani Cæci Brugensis de arte Versificatoria simul & accentuaria Impressum Parrhisijs Anno domini Millesimo quingentesimo vigesimo nono. Die vero vltima mensis Iunij.




LE PELLI CAN
A G
AMBROISE GIRAVLT

